



**Illusterrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

Maffei, Scipione

Francofurti ad Mœnum & Moguntiæ, 1756

II. M. Scipionis Maffei responsio ad Animadversiones In Historiam
Theologicam Authoris anonymi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

ILLUSTRISMI ET CLARISSIMI VIRI,
M. SCIPIONIS MAFFEII
RESPONSIO
AD ANIMADVERSIONES
IN HISTORIAM THEOLOGICAM
A U T H O R I S A N O N Y M I .
D I C A T A
GENUINIS SCHOLARUM CATHOLICARUM
T H E O L O G I S .

*Author Lecto*i*.*

NON esse mei moris, respondere iis, qui adversum me scriptitant, jam satis pervulgarum est; hujusque mei instituti rationem attuli in *scientiis equis et observationibus meis litterariis*. Insolens magis nos ille, quod plerumque, quae sunt hujusmodi, ne legam quidem. Verum, *nulla regula sine exceptione*, Quandoquidem responsum à me tulit Pfaffius, qui nova quadam Irenai fragmenta græca prætendens Catholicam de Eucharistia convellere conabatur doctrinam; responsum tulit Bafingius ob J. Christostomii ad Cesarium epistolam; responsum tulit Chandlerus, quod jactaret favere protestantibus collationes Cagliodori. Quin & in iis, quae fori Theologici non sunt, idem à me retulere non adeò pridem viri cruditi ad difficultates, quas obmoverant contra quasdam meas assertiones in libro, quem inscripsoram: *Antiquitates Gallicæ*. At modò gravioribus multò de causis me ad librum refellendum accingo, qui certè si doctrinam specie, id mereatur minime, mercatur tamen si attendas materiam gravitatem. Opus insuper omnino est, omnes, qui hanc in satyram forcè incident commonefacere, quam necessarium sit, nulquam adversario habere fidem, cum quid à me dictum, vel assertum profert, quin ipsam potius meam consuendam esse historiam, ut vel inde accusationum falsitas fiat perspicua. Responsio in ipso jam opere parata est, si in singulis illud inspicere vellent, qui librum Anonymi sibi legendam sumunt.

2. *INITIUM* itaque facturus sum ab eo, quod ipsum libri frontispicium adversario causam abjudicat. Nomen suum ibidem, atque in reliquo deinceps volumine occultat. An fugiturus fuisset lucem, qui de febus sacris agit, & qui Theorematæ Theologica discutit, si persuaderet sibi sanam esse doctrinam, opinionesque Catholicas, quas profert in medium? Ad calcem frontispicii videre est, excusum esse libellum Francofurti apud Fratres Durenius; argue ita est profecto. Credine possit, fervente jam ubique per Italiæ typò, trans alpes ad civitatem maximam ex parte protestantem prali causâ mitrendum fuisse librum ab eo, qui reapse Ecclesiæ decisionibus adhæresceret? sanctisque Augustini tueretur doctrinam? Causam deinde mihi adjudicat ingens illa farrago convitiorum, quæ perpetuò per totum opusculum ita sparsa sunt, ut ex 224 paragraphis paucos iis vacuos offendat. Alieni multum ab hoc more sunt, qui ratione pollut, & causam iniquam non habent. Si ipsum audis, ne sanum quidam historia mea verbum habet; referta totay, quanta est, ineptis & nugis, & quod caput est, falsarum rerum textuumque multorum, corruptorumque plena: quid? quod calumnii & Pelagianis erroribus scatet, ita quidem, ut dum ait, me loqui Psittacorum more, neminemque proximis hisce septem annis adversum me propterea scripsisse, quod me despexit, tanquam *rudem & imperitum tyrannendum*, molli me lenique duntaxat manu palpare videntur. Sententiarum, quas ex sacris paginis, sanctisque Patribus collegi, congeries ipsi fabula est, *falsandi, multandi, corrumpendi*.

Et sanc poterat ipse comminisci quidquam à verò magis alienum, quam afferere, illa sola Augustini loca apud me pondus habuisse, quæ scriperat vir sanctus, ante quam rectè fuisset Divino lumine collustratus.

3. NORUNT amici mei, utpote testes oculares, ut id genus satyræ ad risum effusum me provocent. Cur ambo istis commoveri, affligique debeam, quando & ipsi principes has risu excipiunt, nec secùs id genus dicteria exceperè viri literati, me multò præstantiores, quippe qui præter bona voluntatis nullas in me opes agnoscant. Majora dicam: exambire nimis me etiam intimeaque perfundi voluprate, cum talibus me convitiis ed dignum judicatum adspicio, quod decretum Pontificium, quod & fidei & doctrinæ Catholicae norma est, eo tempore & loco vindicandum suscepimus, quo id fieri maximè intererat. *Continu. f. Thes. II.* *melius affecti sumus*, possem dicere cum Apostolo. Eadem etiam alias in fortunâ fui, verum in quoconque elemum argumento versatus fuerim, sufficit mihi purus sceleris ante Deum animatus. Est qui iræ impotens

Q q

A U T H O R L E C T O R I .

seiam in ephemerides literarum, aliosque commentariolos falsa multa ingerat, nullam suę rationem habens existimationis, modò meam sibi videatur deprimente. Ego animo tranquillo omnia Dei causa sustineo, precorque ipsum, ut perfectè etiam, libenterque id animo praestare per suam mihi misericordiam contingat. Adversarius quicunq; in praesentiarum mihi res est, non minus in me acerbis, atque intemperans est, quād quidam alias, quem etsi legere quidem dignatus non fu; mihi tamen coimplures pralegerunt, huiusque non sine naufragio atque admiratione pinxerunt coloribus. Huc accedit, quod Author animadversionum quo de sermo est, tanto in me exarferit odio, ut tanquam si offusa menti caligo foret, censoria sęp̄ virgulā perfringat, quæ ipse paulo ante tanquam a se dicta statuerat. Tam implacabile autem odiorum certissimum non nascitur ex culpa, ut aijunt, personali; non enim memini me ullum mortalium adfecisse injuriā. Neque oriri potest ex affectu, quo ex Ioholis Catholicis unam ipse præ aliā complectitur. Siquidem omnes ille, ut videbimus, sine discriminē contemnit, omnes reprobat, respuitque. Ego contrā tametis contrarium primum de me in vulgū sparsum fuerit, id maximè dedi operam, ut ne plus unius quam alteri videres addic̄tus. Fuere profecto non pauci qui animadversione hanc meam carūdem gratia adductam, judicarent inutilē, quod ipsarum nempe inter se dissensio ex eo potissimum proveniat quod uni majore contentione, & solicitudine defendant: credi omnino debere nullum nisi a Deo venire bonum. Alii contra pro aris & foci ruerantur: non peccare hominem nisi sua culpa. Atque inde est, quod ex Romanis Censoribus unius, vir adeo celebris & insignis, in suā approbatione scripsit: Dignissimam apud omnes Catholicos laudem meretur, neque enim unius aut alterius opinionis scholasticarum addic̄tus est; sed in iis, quæ ad Catholicā dogma non attingent, indifferenter se habet; & hereticas, aut heresi proximas & aliquo modo damnabiles unice sententias impugnat.

4. F U R O R itaque anonymi aliunde nasci non potest, quam ex caco partium studio; quæ res, mirum est, quantū reliquias animi affectiones sęp̄ vincat, supereretur. Imò nascitur ex dolore, quod advertat interclusum per hanc historiam omne Calvinismo & Jansenismo esse effugium, ut ad me variorum ordinum religiosi ac eruditī viri rescrip̄t̄rē, dūcique in triumpho sanctam bullam Unigenitus ab eo, quem aliud ad id stimulare commodum non potest, quam religionis utilitas.

Q U I S dolor non opprimet obscurum hunc hominem, si ego neglecta modestia, morumque regulā, quā a laudibus, quibus aperī ab aliis sumis divulgandis, nos cohīere docētur, emitterem in vulgus sexcentas literas, quas ad me Prælati eruditī, variarū Academiarū Professores publicisque diversorum institutorum in Theologicis disciplinis lectores mihi antea incogniti scripsērē. Quibus Historiam Theologicā iis prosequuntur, atque exollunt laudibus, quæ me in ruborem dēm̄ere. Sunt, qui secundum, sunt qui septimum, sunt etiam, qui nonū, undecimum, vel decimum tertium librum separatim, atque minoribus formulis excudi cupiant, quo commodius per omnium manus volitaret, propterea quod magna volumina nonnisi raro legantur. Existimant hi viri, quod expositiō epistolæ S. Pauli ad Romanos, quod Historia Pelagianorum, & originis, unde eorum manarunt errores, quod summa Augustinianā dogmatis in his materiis, quod Patrum Græcorum a Semipelagianismo vindicat, quod demum observationes in peculiare S. Augustini stylum studia fuerint non inutilia, nec arrepta de trivio. In eandem fere sententiam loquuntur Italicæ illæ ephemerides, quæ trans alpes modò conscribuntur Gallicæ, fidelissimamque operis mei descriptionem continent. Non tamen adeo parūm me novi, ut non facilē intelligam, non tam in me, quād in bullam pontificiam ejusque defendendā conatum hæc recidere elogia, qui alio è fonte, quam ex doctrina Catholica, optimoque causa zelo non pullulavit. Affirmat adversarius librum meum sūt & pulv̄re mirum in modum squalere; planè quasi paucissimos habuissent emptores. Verum Episcopalis hujus Typographi præsides, qui mox a Paroño Tridentino atque Episcopali Typographo omnia quasi exempla redeinērāt, asserunt vendita ac distracta à se ante hunc diem esse amplius 700; vendendaque ab initio fuisse omnia, si magna cuiusdam urbis librarii tradere ea voluerint sine presenti pecunia, sūt cum aliis libris, quod fieri hodie amat, commutare. Non intelligo satis, quid causa impulerit hominem ut librum meum Roboreti excūsum diceret, quando notum est omnibus, atque ex ipsis adprobationibus elūcescit impressum fuisse Tridenti typum perpetuū curante Bozio, viro eruditō, atque egregio, Vicario tum temporis generali, & postmodum Canonico.

5. H E R O S autem hic nihil minus, quam Lutherus & Calvinus capitalem se scholasticorum inimicum proficitur, neque unā dūntaxat, sed & omnes indiscriminatim scholas fugillat. Atque in ipso limine faciunt: *Sententiam meam scholastici proterent, atque anathemate dirum in modum percellent.* Eo nempe devenire oportebat, ut meam impugnaret historiam. Sub finein suę præfationis causam mihi communeum cum omnibus scholis facit. *Hac habui, inquit, quibus Marchionem Maffejum & scolasticos Doctores delinirem.* Non scio fatis, an hi sint Maffejani, quos paulo ante appellat Maffejum & Maffejanos omnes. Quanto autem ipsius Theologia, à verā & genuinā intervallo absit, ad calcem operis plantum perspicuumque faciam. Hæc profecto Theologia imburus idē, causam habebat, eur meam tanquam innoxiam exploderet; meque ut facit, per ludibrium appellaret *Equirēm Theologum*, mirum se hic monstrum proferre credens. Quasi vero possibile non sit, eum qui nobili natus est genere, Theologis se dare disciplinis, Ureunque se res habeat, hoc certum est, equitem hunc tirunculum post elaboratam integrō septennio historiam, triūm

Hil.
Thol.
in præ.

p. 2. 17.

dintaxat hebdomadarum spatio absolvisse apologiam cui si ille alii septem annis pro virili respondendi seque vindicandi viam invenerit, magnus mihi erit Apollo. Mihi sanè pronum fuit, ex templò hoc me ne' gōto expedire. Siquidem libri mei margines qui ex Augustino sententias facile ter mille; atque alia quatuor millia ex sacris paginis, & patribus hoc in argumento referunt, omni illam levant molestia, qui eandem non nō nīl voluit pervaegari. Quod si responsonem hanc impugnari denud contingat, id per me quidem fieri impune, siquidem nīl nisi antiquarecoqui crambē potest, neque ego is unquam fui, qui nullā coacta necessitate proximo esse molestus.

P A R S I.

IN priori dissertationis meæ parte ad criti-
p. 2. & 3. sin revocabo animadversiones quas in
meas sententias profert anonymus: in po-
steriori adducam eas, quas in suas fieri ju-
dicavi oportere. Initio itaque me incre-
pat, quod contra, quam Cicero præcipit
omnem tractatum *dēbere à definitione pro-
ficiē*, non declaraverim, in quo confitata
gratia. Quasi verò tractatum edidisse, non
simplicem historiam, id est fidam
enarrationem locorum ad hoc argumen-
tum pertinentium, quæ extant cūm in S.
S. literis tum in S. S. Patribus secundum
feriem primorum quinque saeculorum,
maximè verò in Augustino. Mirificam
sanè operis hujus sibi finxit ideat, qui
existimat initium ejus duei oportere à de-
finitione. Nihilo felicius judicat, dum
me sapiens reprehendit, *ob perplexa*, ut
airi, *vocabula*, *adjutorii*, *gratiae*, & similia.
Pessimè autem cum hoc consonat, quod as-
gravissimam accusationem suam repeatat
ex malè proculs à me gratiæ definitione,
eiusque ideā, in quā, si ipsum audimus,
tum systema meum ceu fundamento
conquiescit. Qui amabo conciliari duo
hæc inter se possunt, accusari me, quod
nusquam, quid sit gratia, explicuerim,
& semper ipsum in me invehi, quod as-
seruerim gratiam esse entitatem. Affir-
mat itaque, & sexages, aut septuages
facile repetit, statuere me, gratiam esse
affitatum. *Spuriam entitatum*, verba
p. p. 23. *judiciis scholasticis vacuo*, quod solum eam
25. 33. 54. ejus sunt, quā nostra præparetur voluntas,
60. &c. *sed entitata illa tanquam* instrumentum *Spuriam* cū *velut in os inseruerant*, quodque solum
illam entitatum designat à peripateticis scho-
læ mu'ua'an. *Gratiam* seu entitatem, quam
sibi cudit Aristotelicus ille Theologus. Ergo
nihil agat, nec entitata illa, in quā ab
Equivocatur gratia, nec voluntas. Sic
enim non Deus, sed entitata illa tanquam
instrumentum cor tangevet. Non sola im-
messa entitata communī omnibus &c. Qui-
cunque in librum hunc incident, opere
meo non inspecto, facile inducetur, ut
credat, plenum hoc à capite ad calcem
esse entitatis, meque in iis totam spem
meam reponere. Sed ut dicam, quod res
est, insolentem id genus vocem neque
italicè, neque latinè unquam ego protuli;
neque aliam quæ idem sōnet. Quippe
cui ne per somnium quidem in mentem
venit indagare, aut disputare, debeatne

gratia appellari entitas, an entitas physi-
ca, qualitas, modalitas, vel accidens. Et
quo demum pacto ad eam delabi disqui-
sitionem poteram, qui aliud non ago,
quam antiquos recensere patres, apud
quos hæc de voculâ altum semper fuit
silentium? Sufficiunt sanè ista prudenti
Lectori ad judicandum, quæ fides haberi
debeat Authori, ejusque criminationibus.
Quæstionem hanc instituit S. Thomas,
utrum gratia sit aliquid creatum positiū in Qu. 27. a. 2.
animā, & ab ajetum parte stetit, voca-
vit eam insuper *qualitatem*. Verū ego 1. 2. qu.
nemini nisi antiquos compilavi, ac pro-
110. a. 2
inde hac de re ne verbum quidem feci.
His tamen omnibus insuper habitis totam
libri mei impugnationem in eo fundat,
atque non sine summo legentium fastidio
nusquam non hanc crambem recoquit;
ita quidem, ut submoto hoc fulcro, reli-
quæ suæ invectivas dimidiā facile ex parte
corruant. Profectò fidem omnem supe-
rare videtur insolens hic agendi modus.
Non meam, sed aliam quamcunque opel-
lam peti crederes, nisi sepiissimè indigita-
ret & titulum & notem.

7. ADDIT quod Author historiæ theologi. p. xii.

cæ fontes non adierit, patresque & concilia non
consuluerit. Carpi sanè appositè magis nil po-
terat nihil proferri ad librum illum accomo-
datius, qui totus quantus refertus est Scrip-
turae & Patrum sententiis. Adjungit, quod
idem Augustinum non legerit, *animo præ-
entitatulam*. *Spuriam entitatum*, verba
judiciis scholasticis vacuo, quod solum eam
ejus sunt, quā nostra præparetur voluntas,
sed entitata illa tanquam instrumentum *Spuriam* cū *velut in os inseruerant*, quodque solum
illam entitatum designat à peripateticis scho-
læ mu'ua'an. Crederes paginarum margines plenas esse
citationibus scholasticorum, cūm tamen
ne vel unam, quantum quidem memini,
sit reperire. Crederes in scholis, recen-
tiorumque scholasticorum libris totam me-
vitam contrivisse, cūm tamen in classem
theologicam pedem nō intulerim quidem;
quippe qui decursis jam annis, quos vul-
go in scholis consumimus, ad Ecclesiasti-
ca me studia magnā cum voluptate contu-
li, atque in iis proprio semper marte ver-
fatus fui, eam tamen semper viam insi-
stens, quam Magni P. Abbatis Bacchini
amicitia mihi insinuaverat. Parum me in
recentiorum scriptis, & multum in SS.
paginis, Patribus, Conciliis & jure Eccle-
siastico evolvendo operæ posuisse argu-
Q. q. 2

mento, ni fallor, luculento est & historia, quam conscripsi, & alia, quæ in vulgus emisi.

8. **J A N S E N I A N A E** opinionis gratiâ, quod nimirum ad esse liberum, nihil opus fit libertate indifferentiæ, id est non sit necessarium posse & unum, & aliud, post alias rationes hac verba scripsi. *Abusus Philosophiæ, Ettice & solemnis, communis que Aristotelis proscriptio fortè, quod de actibus humanis & voluntario nemo scripserat accuratius non sine causâ procurata, multum eò contrulit, ut opinionibus quibusdam communique sensui repugnantibus nos videamus expositos.* Docuit Aristoteles, electionem consultatione præcedi, neque deliberari unquam, cum unum & aliud in potestate non est. Docuit etenim à nobis dependere, quod virtus vel virtuti addicti sumus, quatenus facere possumus & non facere, consentire vel dissentire. Græcum ejus textum dedi in Historiâ. Notari hic velim non adjudicasse me Aristotelii prærogativam in physicis, aut Mathematicis; neque contendisse me, transferri ad Theologica ex ipso debere certa vocabula, & loquendi modos. Hoc solum dixi, majori multò ipsum laude, quam cæteros Philosophos versatum fuisse in materiâ de actibus humanis, & voluntario, id quod nisi quis emotæ omnino mentis fuerit, negari potest à nemine. Atque hoc ex fonte derivat primò adversarius, Pelagianum me esse, idque adeò ridiculè deducit, ut eum credere jocari. Contendit tamen se id ipsum vel ex eo ostendere, quod celebris illius Pelagii sectatoris Juliani renovem, reconquæ quoærimonias, quod evanescere faciam omne meam inter, & illius opinionem discrimen; siquidem & ipse de negle^cto Aristotele expositulabat. Derivat 2do existimare me Janenii sectatores fuisse, qui sæculo XIII. Aristotelis volumina flamnis tradidissent. Quamvis (portenta narrat) nondum tunc Janenius in lucem prodijset. Derivat 3to suspe^ctam à me haberi Patrum multorum fidem. *Suspe^ctam Eques iste habeat necesse est fidem omnium horum Patrum, qui de Aristotelicâ Philosophiâ non tam magnificè senserunt. Lepida profectio illatio, atque ex ante di^cts mirum in modum profluens! Longum porrò post alios texit Catalogum Patrum, qui à Peripateticis fuere alieni, loca tamen complura ineptè adducit, in quibus certò non legitur, quod hæsum omnium fons Aristotelica Philosophia habeatur; quid dicet obscurio adversarius de S. Thomâ, qui in doctrinâ morum, & maximè cùm agitur de voluntario, atque electione, Aristotelis adfert testimonia? qui ex ipso docuit, quod *virtus moralis sit habitus electivus*, ex*

Hist.
Theol.
p. 391.

p. 24.

p. 23.

1. 2. qu.
64. a. I.

ipso, quod *electio sit actus potentia rationalis, quæ se habet ad opposita*; ex ipso, quod cùm homo maximè cognoscat fidem sui operis, & movat se ipsum in ejus actibus maximè voluntarium inventur. Attexi hoc loco posset, quanquam ad rem non faciat, multos recentiorum totos in eo fuisse, ut ridendum propinarent hunc Philosophum, id quod ab altioris sphærae ingenii probatum minimè fuit. Ex præcipuis horum fuit Leibnizius, qui in epist. ad Jacob. Tomasi sribit in hæc verba: *Dicere non vereor, plura me probare in libris Aristotelis, quam in meditationibus Cartesii*.

9. Porrò quemadmodum adhibita à me gratiæ & adjutorii vocabula appellavit voces perplexas: ita & plura istiusmodi in me fūgillat: cuiusmodi est *gratia generalis, gratia specialis, gratia sufficiens, efficax, præveniens, subsequens, operans, cooperans*.

Et speciatim affirmat, fuisse me gratiæ prævenientis & operantis imagine ludicratum; divum Augustinum non loqui *de illâ entitatulâ, quam ex Peripateticis prænotiobus communisicitur Historicus, & prævenientis ac operantis titulo cohonestat*. De sufficiente & efficace dicit: *Postulo ut earum sensum mibi quispam aperiat, quem sanè eruer, neque ex Pontificibus, neque ex Conciliis, neque ex Patribus hucusque licuit*. Quali verò communem ego hoc in opere immutare debuissim nomenclaturam. Quanquam quo jure meæ dici ex voces possunt, quas tantum adhibui, cum vertendi ad littaram Patres erant? S. Augustinus in Retractationibus: *Utrumque ad generalem D. i gratiam pertinere*. Et paulò post: *At si pax ista & reconciliatio non pertineat ad gratiam generalis, sed quod specialiter &c. in Encyclio: Nolentem prævenit, ut velit, voluntem subsequitur, ne frustra velit. In libro de nat. & gr. Prævenit autem, ut sanemur, quin & subseq^cuitur, ut etiam sanati videntur: Locus relatus à D. Thomâ, ubi docet: Quod sicut gratia dividitur in operantem, & cooperantem secundum diversos effectus, ita etiam in prævenientem & subsequentem*.

Contra duas epist. Pelag. *Hominis uterum bonum propositum adjuvat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum effet, nisi præcedet gratia. In libro de gratia: Ille facit, ut facianus, præbendo vires efficacissimas voluntati. Et in super nominato loquens de Assuero: Corrigis occultissimâ & efficacissimâ potestate convertit, & transtulit ab indignatione ad lenitatem. In illis de libero arbitrio: Debet aitem, si accepit & voluntatem liberam, & sufficietissimam facultatem. S. Paulus: Sufficientia nostra ex Deo est.*

10. SED proprius jam ulcur tangamus, gravioresque illos expendamus, quos mihi objectavit errores, quibusque evincere ni-

qu. 14. a. 6
qu. 6. a. 1

p. 21. 22.

p. 56. 80.

108.

Retr. 1. 1.

c. 24. & 25.

Ench. c. 32.

de nat. &

gr. c. 35.

gr. n. 35.

subseq^cuitur.

etiam sanati videntur:

Locus relatus à D. Thomâ, ubi docet: Quod

1. 2. qu.

III. a. 3.

sicut gratia dividitur in operantem, & coope-

rantem secundum diversos effectus, ita etiam

in prævenientem & subsequentem.

Contra

Ad Bonif.

1. 2. n. 22.

de gr. &

lib. arb.

1. 3. c. 16.

De lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

Ad Bonif.

1. 1. c. 20.

de lib. arb.

1. 3. c. 16.

titur, in eadem me cum Pelagio esse sententiā, ego quidem verba haec: *Præparatur voluntas à Domino*, italicè sic reddidi: *Vien preparata la volunta dal Signore, contentu verti debuisse: Si dà la volunta dal Signore*. Adfert aliqua mea dicta, ipsius quidem opinione hæretica. En tibi longam verborum meorum seriem. *Præparatur voluntas à Domino. Præparantur itaque hominum voluntates à gratiâ. At præparare non est exequi; est disponere*. Hinc præparare sollemnia, exempli causa, non est celebrare vel obire festum, sed adornare, disponere, instruere, adaptare, subministrare ea, quibus ad ritu obeundum opus est. Quod tamen in eam partem accipi nolim, quasi potentiam, actum, & quidquid in nobis homi est Deo non debeamus in acceptis referre, sed quod ipse velit voluntatis cooperationem. Et paulò post: *Sed præparetur voluntas à Domino, eo modo dat potestatem*. Poteratne vir sanctus accuratius loqui, aut magis perspicuè? Alia nunc ejusdem loca accipe! *Gratiâ itaque præparante efficitur, ut possit voluntas; sed reliquum est, ut & ipsa interius velit*. Proficiunt autem, atque effici à gratiâ voluntatem pariter in aprico eis, sequuntur enim mox hæc S. Doctoris verba: *Adjutorio ejus non defermur, ut in eo possimus vincere*. Definit deumus paragraphus in hæc verba: *Quid facit igitur per Augustinum adjutorium gratiæ?* *Dat nobis posse vincere, & nos ad vincendum existimat, atque ipsa deinde vincit, at simul nobiscum*. Alter locus meus est hic: *Attigimus supra, scripsisse sanctum, dum Genesim commentabatur, posse omnes implere præcepta si velint*. Verba Sancti haec erant: *Se ad ejus præcepta implenda convertunt, quod omnes homines possunt, si velint, quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum*. Dicatum autem hoc, quemadmodum ipse explicuit in Retractionibus, nequam in Pelagianorum remerat; quippe qui volebant, posse hominem sine gratiâ. *Quod omnes homines, sunt verba Augustini, possunt, si velint, non existiment hæretici Pelagiani secundum eos esse dictum. Verum est enim, omnino omnes homines hoc posse, si velint; sed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, ut possit*. E contrario itaque verissimum est, posse omnes, si velint, præparari tamen voluntatem à Domino, tantunque dono charitatis confirmari, ut possit. *Omnibus igitur teste Augustino præparatur voluntas, tantumque datur omnibus, ut possint*. Hæc nempe sunt, quæ commoverunt anonymum, ut in ipsissimâ Pelagi me diceret esse sententiâ. Pelagius itaque loquitur, cum dicimus: *Non quasi non debeamus Deo potentiam & actum, sed quia ipse velit cooperacionem voluntatis*. Pelagius ipsi loquitur,

cùm dicimus: *Quid facit itaque adjutorium gratiæ? Dat posse vincere, & ipsum postea vincit, at vincit nobiscum*. Pelagius ipsi loquitur, cum ex Augustino recitamus, quod quia omnes homines possunt, præparetur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, ut possit. Certè Theologus hic, qui plus cæteris vult sapere, risum dicam, an commiserationem movet.

11. PERGIT tamen paragraphe suo 88; Hist. Theol. p. 7

verbaque mea, quæ insecatur, sunt sequentia: Legitur lib. Prov. *Hominis est animam præparare*. *Quo loco in rem suam obutabantur Pelagiani*. Quapropter sanctus Augustinus eos erroris communuit, quod existimarent, præparare cor, seu quod idem est, bona dare principium, in hominis esse potestate sine Divini ope auxiliis. Cùm è contrario homo illud præparet quidem, at non sine Dei auxilio, utpote qui illud ita tangit, ut homo id præparat. Verba sancti Doctoris in margine hæc adscriptissimus: *Non bene intelligendo fallantur, ut existiment cor præparare, hoc est bonum inchoare, sine adjutorio gratiæ Dei ad hominem pertinere &c. homo præparat cor, non tamen sine adjutorio Dei, qui sic tangit cor, ut homo præparat cor*. Hic enimvero insurgit anonymous, non debuisse, inquietus, verti hæc ad literam, sed ut à Pelagianorum phrasi se discriminaret, explicare debuisse. *Equitem Theologum in quo consitiat illud Dei adjutorium, quo cor præparatur*. p. 60. Ex quo fit, ipsum etiam S. Præsulem, cùm dixerat sine adjutorio gratiæ, quin aliud quidpiam adjungeret, non satis se ipsum discriminasse à Phraseologij Pelagi. Subdit anonymous, clarius ipsum postea mentem suam explicasse, cum scriptis: *Hominis est præparare cor, & tamen ut hoc faciat homo, adjuvat Deus, quia præparatur voluntas à Domino*. Verum tò adjuvat nihilo plus explicat, quām adjutorium; & accusatio, quām mihi hoc alisque multis in locis impingit, quod ambiguus nimurum & amphibologicis gratiæ atque adjutorii utar vociibus, pari jure in S. Augustinum reliquoque fideles recidit, qui hoc in argumento unquam aut versati sunt, aut deinceps verbabuntur. Contendit, quod: *Adjuvat Deus, quia præparatur voluntas à Domino idem sonet, quod datur*: At quomodo igitur consociari rectè haec duo poterunt: *Adjuvat, quia datur*? feliciter sanè omnem hic nondum extricat, qui est in explicandâ Divinâ præparatione, ob scripturam dicentem: *Hominis est præparare animum*. Adverti paulò post, videri posse, aliquam in sacris literis hic sese offerre antilogiam, quippe quæ jam Deo, jam nobis nostram adscribat salutem, ut etiam Augustinus dixerit: *Litigare videntur &c.* Sed veritas ex uno alteroque loco, cum cæteris collocato,

Q q 3

facile eruitur, discique hinc potest, ut scripsi, primò quidem gratiā, post à verò nostris opis esse operibus. Hic verò Pelagius arius aliquem ita loquenter audire mihi videor, inquit Anonymus. Amabo te Lector benevolent; nunquid felicissime Pelagiana dogmata hic affecutus esse videtur Theologus. Hanc tamen ex eo fortè mihi labem affri-
cat, quod etiam hoc loco, ut ipse ait, utat
vago gratiā vocabulo; suspicans nimis, nè istud ego, in eodem sensu, quo Pela-
gius intelligam. Quasi verò non sexcentis
a me locis allata essent sancti Augustini
verba, quæ explicant sensum Catholicum.

12. **N**ovam mili plagam infligit §. 97. exprobratque, quod adduxerim hunc locum: *Quod omnes p̄fiant si velint, nullā faciā mentione de illius declaratione, quae est in libris Rerum Romanarum, quod tamen ingenuus Historicus, & vir probus facere non debebat.* Hanc itaque laudem jure mili vindicare potero, siquidem ubi magis ēre erat, eundem prolixē retuli, ita paulo ante vidimus. Repetit *præparare* idem esse, quod dare, quin tamen id probet.

1. Cor. II. QUANDO igitur ait Apostolus, quia
præparavit Deus ius, qui diligunt illum. Et
Augustinus, qui diligentibus te bona invi-
sibilia præparasti, interpretari oportet, non
præparasse, sed jam tamen dedisse. Item cum
ait: Utrumque verum est, & quia Deus præ-
parat vas in gloriam, & quia ipsa se præpa-
rat. At qui intelligemus hanc sancti doc-
trinam, quod *bonum voluntatem bonam*
præparat adjuvandam, & adjuvat præpara-
tam? nec minus ridiculum est quod, præ-
paratur a Domino, idem sit, quod si Deus
præpararet illorum voluntatem, si operetur in
eis velle, ab solutum nempe commutando in
conditionatam. Retuli illud Augustini
Qæst. 83. ut venirent vocati erat in liberâ
voluntate. Hic enim verò tumultuarit, og-
gerique librum hunc, utpote mox a con-
versione scriptum extare in Retractioni-
bus. Verùm in Retractionibus diligen-
tissimè expendit, quidquid eo in libro dif-
ficultatem aliquam habere possit, loci au-
tem mox citati nullam facit mentionem;
ac proinde ratum eum habet, & confirmat.
Cum loquitur de ipsissimâ hâc quæstione
68, quâ scripsérat: *Sed Deus non miseretur,*
qui a i p c e m vocat, nisi voluntas p r æ c e s s i t
ad pacem. Adjungit & explicat: *Hoc dictum*
est post pénitentiam, nam est misericordia Dei
etiam ipsam præveniens voluntatem; quæ si
non esset, non præpararetur voluntas a Domi-
no. Et tibi gratiam prævenientem! En
voluntatem hujus ope se præparantem! In
Retractionibus paulò ante legitur: *Inpo-
testate quippe hominis est mutare in melius vol-
luntatem, sed ea potestas nulla est, nisi a Deo*
detur, de quo dictum est, dedit eis potestatem

filios Dei fieri. In iisdem denuò: Non dicimus esse in potestate nostrâ, nisi quod cùm voluntus sit.

13. VERUM ad quod demum imposturæ, fraudisque genus referam, quod dum latinam vocem *præparare* italicè pariter per *præparare* non per *dare* reddo persuadere illicò conetur hominibus, non credere me, actiones bonas à Deo dari, neque ipsum in nobis operari voluntatem? Nunquid hoc ipsum mille in locis inculcat Augustinus, nunquid ut hoc ostendam toties ipsius, & S. Scripturæ recito, & congero testimonia? Videantur duntaxat in *His.* pag. 69, 191, 250, 348.

PROFITETUR adversarius sententiam
meam impugnari à S Augustino præcipue p. 5.
in libro de gratia Christi C. 4. Caput hoc
totum quali à me recitatum fuit, ut bene
intelligeretur vafrities Pelagi. Tria dif-
tinguebat ipse possibilitatem, voluntatem, Hift.
actionem. Possibilitatem, seu quod quis
possit esse justus, id à Deo esse fatebitur
Theol. p. 190. sed voluntatem & actionem nostra esse affectu
Deo gr. Chr. c. 3. n. 4.

Etiam hunc in modum mentem suam exponebat: *Primo loco posse statuimur, 2do c. 4. n. 2. velle, 3tiō eff.* *Posse in naturā, velle in arbitrio, eff. in eff. ē locamus.* *Primum illud, id est p̄sse, ad Deum propriū p̄rietatē, quā illud creaturā suā contulit, dāo vēlō reliquē, hoc est velle, & eff. ē ad bonūm r̄fērendā sunt.* Credebat Dei operationem satis in tuto collocatām ex eo, quod iſsus voluntatis, & operis possibilitatem dedit. Tam putida autem & insana haeresis an Dissertationi mēā imputari possit, Lector amicus judicet velim. Ceterē si oculos in librum conjecterit, hoc ipso loco incident in verba ex S. Doctore relata: *Quod Pelagius nec voluntatem, nec actionem divino adjuvari credit auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis, atque operis.* Item sequentia ex eodem libro: *N. n. ait, (Apostolus) Deus est enim qui operatur in vobis posse, tanquam iſsi jam & velle & operari per se ipsos habeant, nec in his dubios adjuvatio ejus indigeant; sed ait, Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficieat, quas ego tentias hunc ferē in modum expresſi. Non solum ab ipso habebitis facultatem, sed etiam auxilium, quod ad quamlibet actionem, vel cogitationem salutarem requiritur; quo adjuvante potentia se se actuat, & vivificat.* Tota hæc doctrina, si Theologo nostro creditimus, videatur esse Pelagi. Praeclarē sānē ageretur cum Pelagio, si vera forent, quæ perperam mihi obmovet, quæque ne per somnium in mentem mihi venire: *Putat, ait ille, dici non posse, datur voluntas à Domino.*

14. PARVI sanè facio objectiunculas
quasdam genericas, quibus non satis intel-
ligas,

ligas, quid, aut cui loquatur. Objicit nihilominus p. 19, dixisse me, *gratiam esse entitatum concessam omnibus, quā juvante quilibet agere potest, quidquid ad salutem requiritur, quā tamen verba nec protuli, nec animo concepi unquam.* Dixi quidem, docuisse Augustinum, quātum gratiæ ad salutem omnīm requiritur, tantum à Deo omnībus concedi. Atque eam potissimum, quā opus est, ut ad ipsum recurramus, ut ipsum invocemus, & imploremus auxilium. Opponit hic mihi infideles, qui non possunt invocare Deum, quippe quem non cognoscunt. Sed non recordatur lumenis naturalis, legisque naturæ & Augustiniani Dogmaris, quod nempe

In 3o. Tr. 35. in. 4. de Serm. Dom. 1. 2. n. 32. p. 21.

Deus præsens sit & illis, & nullam esse animam quamvis perversam, quā tamen illo modo ratiocinari potest, in eius conscientiā non loquatur Deus.

15. **OBJURGAT** me, quod hæc verba: *inspiratio dilectionis verterim inspiratio amoris.* Cum fraudes erroresque Pelagianos recensui, ita locutus sum: *Quando profitebatur & se quoque eā in sententiā esse, quod à gratiā divinā omne opus bonum proficiat, gratiæ nomine intelligebat, non inspirationem dilectionis, per quam operamur, neque internum, & supernum impulsū, qui excitet, & vires ministrat, sed gratiam extrinsecam.*

His ille è verbis exculpit amorem mihi nil aliud esse, quām velleitatem indelibetam, neque credere me infundi, & produci à Deo amorem divinum. En consueta, at non minus ridicula, atque iniqua adversarii conlectaria. Ad diffandas ejus criminationes satis est eas referre; quamobrem nec aliud quidquam faciam in posterū, plerumque falso. Verūm his de rebus etiam alibi sermo recurret. Sententiam porrò meam Pelagianismū olere ex sequentibus meis verbis, quasi triumphabundus conficit, & confirmat: *Habet quidem liberum arbitrium à se facultatem in malum se se inclinandi, & converendi se ad bonum supernaturale potestatem non habet, nisi gratiæ supernæ virtute.* Hanc ait esse opinionem Pelagi. Quis tantis unquam laudibus hunc extulit hereticum? Entitatum quandam pergit eodem loco, & nescio quid secundum me esse gratiam primam, tantundem esse mihi secundam, prævenientem, consequentem & quounque demum nomine gratia insigniatur, & hæc ait à mente Pelagi aliena non sunt, ab ejusque consilio, & oratione nullatenus discrepant: ita enim Pelagius loquebatur, primo loco posse statuimus: *ecce, subjungit anonymus entitatum illam!* &c. An possibile est, ita cogitare, aut ratiocinari, qui humanam præ se fert speciem? heresis itaque mea in eo sita est, quod sancti Augustini loca adduxerim, ex quibus habetur Deum præter gratiam primam & prævenientem

largiri etiam nobis secundam, seu comitantem præparat adiuvandam & adjuvat præparatam. Quid? quod Pelagius, ait vir hic egregius, consultius & rectius opinabatur; quia non conferebat, ut à me asseri contendit, facultas hæc ad commentitiam ac spuriam entitatem accidentiarum. Commentitiam eam rectè appellat, quippe quam nec nominatam, neque animo à me informatam suo ipse è cerebro commentus est. Quotusquisque est mortaliū, qui hujus speciei chimæras, & somnia typo excudenda committi viderit.

16. **PARAGRAPHO** 360 multa ex dictis meis operosè congerit, quorum complura alterata, vitiata, truncataque erant, aut male consarcinata. Illa certe, quæ sincerè retulit, accuratissimè quam fieri potest, à me è latino traductam fuere, adscriptis semper ad marginem S. Doctoris verbis. Inter ea, quæ à me perperam dicta existimavir, initio collocat, quod sequitur: *Ex quo discimus, quod præparare voluntatem, & operari in nobis velle & operari Dei auxilium efficaciter significet, sine quo nec velle possumus, nec operari, & qui unā nobiscum operorur. Scriperat Augustinus, aliter Deus præstat, ut velimus, aliter quod voluerimus. Verteram ego: altamente dà Iddio, che vogliamo, altrimente che già volessimo.*

Hæc expositio Anonymo videtur ridicula siquidem, ut ipse contendit, quivis latinis vel leviter tinctus literis intelligat satis verti debere: facultatem bene vivendi & beatitudinem à solo Deo cauſari. Mirabilis sane sit oportet Calepinus, quem vir hic eximius ad manum habet. Deinde ex testimoniosis à me relatis, maximè illo quo dicitur *tantum omnibus concedi gratia, quantum præcisè ad procurandam salutem opus est, infert ipse, dari itaque vel omnibus à Deo fidem, & perseverantiam finalē, vel omnes sine harum rerum adminiculo salutem consequi.* Tametsi eodem in loco non dissimulet hæc mea verba: *Quanquam cum hoc (id est hac gratia) alius potiatur cælo, alius eodem excidat.* Posteaquam suum jam obfirmavit animum, ut persuadeat, Deum solum operari, non veniente in partem libero arbitrio, multum offenditur, cum ajo: *non verificari ad literam, quod nostrum* Hist. operari totum sit à Deo, nisi ita accipiatur, Theol. ut & liberum arbitrium, & esse nostrum, & omnis facultas sit ab ipso.

Verūm S. Augustini ibidem à me relati in lib. de perser. hæc sunt verba: *Nunquid quia dixit; De don. Deus est, qui operatur in vobis & velle & operari, ideo non ipse, & ut velimus, quia Deo pers. n. 34. placent, & ut operemur mortatus est?* Scribit etiam alibi, quod dono ipsius tu facis, ille facere dicitur, quia sine illo tu non faceres. Et iterum: *Sic in nobis operatur ut & nos operemur.* Et denuo: *Nec ideo tantum se-*

In PC. XII. lis de hac re votis agendum, ut non subinferratur, adiuvendo etiam nostræ efficacia voluntatis. Aduutor enim noster Deus dicitur, nec adjuvari potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur. Est quidpiam sub finem hujus Paragraphi, & in proximè subsequentibus, quæ alibi tangemus. Cum ait, purare me non agere Deum in voluntatem, nisi per gratiam, quæ tantum dat posse, mendacii convincitur ex sexcentis historiæ meæ locis. Cum afferit, quod nulla animum subire potest forma, & species illius gratia, quam efficacem & generaliem prædicat *Historicus*. Certus sit, me neque ita locutum, neque unquam cogitasse. Post hæc adfert loca optima, in quibus non dissentimus, multaque non paucis paginis illinit, quæ ad rem non faciunt, librisque, res alias tractantibus æquè commodè inferi possent. S. Thomas ait, *Arifoteli non adhæsit*, provoco ad eos, qui eum legere, neque quoad habitus cum eodem sentiunt; *Equitis Theologi* hoc somnium esse. Quandoquidem mihi, neque somnianti, neque vigilanti eâ de re vel verbum excidit.

17. DIVINA gratia modò indiscrimi-
natum appellatur, & confusè; modò pro-
ut ejusdem inter se effecta distinguimus.
Quemadmodum autem omnia hæc ipsi-
firma sunt gratia, ità & quandoque Augu-
stinus uno nomine utramque videatur
complecti, & prævenient unum alterum
que effectum tribuere. Quo fit, ut qui
non nisi cavillos venatur, aut sophismata
facile in aliquid incurrat, quod in rem
suam sit. Opponit mihi, quod dixerim,
gratiam prævenientem etiam audire ope-
rantem, atque per eam Deum solum ope-
rari, quasi ex eo ego conficiam voluntate-
tem mere passè se habere. Sed ex autho-
ritate S. Augustini scèpè adducta compre-
tum habemus, gratiam esse, quæ præve-
nit, & gratiam, quæ subsequitur. Prior
dat posse, & excitat: posterior facit, ut
velimus, & operemur. Atque ità loquen-
dum est, cum accuratè, & religiosè lo-
qui volumus. Quanquam & interdum
accidat per priorem effici, ut velimus,
per posteriorem, ut operemur. In illâ
Deus solus; in hâc unâ nobiscum opera-
tur. Clarissima hanc in rem verba sunt
adversus epistolam Pelagianorum: *In uno*
Ad Simplicem
1. p. 94.
c. 17. n. 33. *inquit, istorum cooperatur homini facienti*,
alterum solus facit. In diversis quæstioni-
bus: *Possè benè agere solus præstat.* In li-
bro de gratiâ & libero arbitrio. *Coop-
erando perficit, quod operando incipit;* *quo-
niam ipse ut velimus operatur incipiens, qui
volentibus cooperatur perficiens.* Et Pauld-
polt: *Ut ergo velimus sine nobis operatur,*
cum autem volumus, & sic volumus, ut fa-

ciamus, nobiscum cooperatur. Ex praemissis ejusdem loca plurimum lucis accipiunt, Anonymus tamen in iis tanto conatus desudat, ac si non amplius intelligerentur; sollicitèque monet, ne qui fraudem faciat, cum à S. Thoma dicitur: *qua ratione verum sit, Deum operari in nobis virtutes sine nobis*: Quæ verba sanè non existant in S. Thomâ, sermo ipsi est in loco adducto de virtutibus infusis, non de aquisitis; ultimamque definitionis relatæ partem, scilicet *quam Deus sine nobis operatur*, docet ad solam pertinere infusam. Oblitus etiam fuit Anonymus in loco adducto adscribere hæc majoris momenti verba: *Quæ verò per nos aguntur, Deus in nobis causat non sine nobis agentibus.*

18. LIBRO primo Historiæ, cum de
Esavo & Jacobo ago, legitur, docuisse
Augustinum: Ex diuinâ geminorum ante-
quam nascerentur electione satis intelligi vo-
cationem ad fidem esse merum iubilem donum
Hist. Theol. p. 15.

cutionem ad suam esse meritam ipsius dominum, neque quidquam ad hoc conferre posse hominem merita, id quod sibi ex ipsius verbis, atque hoc loco ex ipsius interpretatione ostenditur. Quæ in hæc verba Ex-

odi: *Miserereb^o cui voluero*, & clemens ero,
in quem mibi placuerit, sic sonat: *Quoniam*
*se gentes introductu*v*am pollicebotur, com-*
mandavit, hoc se misericorditer facere. Ubi
*sibi inge*n*it porr^o: *N*on iurare in iudicati*o*n*e*s*

subiungit porro: *Neminem præcedentibus bonis operibus suis misericordiam tantæ voca- tionis meruisse demonstrat*: Id quod satis

clarè intelligi viderur de vocatione ad fidem, idque tantò magis, quod postea habeat: *In utrisque populis, id est genibus, et Hebreis, hoc modo Deus prænunciavit,*

misericordiam se esse facturum. Adversarius pro certo habet, haec ipsum intelligere de prædestinatione ad gloriam. Ego quidem hæc de re contendere in animo non habui, relatis solim iis, quæ in utramque par-

Relatis iordanis, quæ in utramque partem dici possunt. Ratio tamen qua ipsi videtur indubitus, nempe quod aliquando dixerit Augustinus: *Nos vocavit in suum regnum, & gloriam, qualis ipsi videtur,*

re ipsâ non est. Sunt enim verba de-
prompta ex Apostolo, qui his utens ad
Thessalonices ad fidem adductos, certe
intelligere non poterat, omnes esse ad

celum prædictinatos, neque hunc in fensum interpretari ea de sui ævi orthodoxis poterat Augustinus. Non advertit adversarius nomina gloriae, & regni apud Augustinum sene numero fidem significare.

Gloria Dei, quā salvī facti sumus, quā crea-
ti in bonis operibus sumus. Contra Julianum:
Qui eruit nos de potestate tenebrarum, &
i transtulit in regnum filii sui. In Psalmum

39. quando nos glorificavit. De civitate
Dei l. 20. de isto ergo regno ejus, quod est
Ecclesia.

SEP

19. **SED** mirum tumultuatur, credens, deprehendisse se aliquando me in errore, in his S. Joannis verbis: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Unam hīc propositiōnem ex pag. 17, ubi de unā, alteram ex 251, ubi de aliā prorsus reagitur excerptis maiorem inde, & minorem propositionem consuit, erroneamque inde dicit consecutionem, quam mihi attribuit, prætendens tali me syllogismo jugulatum concidere, ostensumque à se, quod palpem in meridie (deprompta hæc est elegantiā ex Jansénio, ubi ait: *Palpabat in meridie*) confessurumque etiam me, quod sim prorsus inscius, modò absque palpatione reflectam. -- Non uno ex loco apparet, displicere plurimum huic Theologo, quod ex SS. Scripturæ, Sancti Augustini verbis demonstrarim concedi aliquam omnibus gratiam, quam ipse palpationem definit: præstruit vero hoc loco, quod lumen divinum veniat ad eos, quos illuminare vult, non ad eos, quos iusto iudicio excæcari decrevit non impertien-
do gratiam, effatum. Tamen sequens, quod itidem S. Joannis est: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ipsum* haud commovet. Claudit Disputationem dicendo: stare à Pelagianis Authorem Historiæ Theologicæ, ob suæ gratiæ prævenientem commentum. Ego itaque gratiam prævenientem commentus sum. Dixi ego, gratiam prævenientem interius excitare, & care potentiam. Psittaci more loqui ait, quod dixerim: *Sine gratia præveniente in nobis fidem esse non posse.* Et quod non intellexerim, quid huic vocabulo Augustinus subesse senserit. Quanquam sensum Augustini retulerim, quam saepissimè, prævenit ut sannenur, id est, ut convalescat ab imponentiâ. Contra hunc nunquam refert. Malim ego Psittaci more loqui cum Patribus, & Ecclesiâ, quam bellas ipsius proferre sententias, quæ vel Quesnellum sapiant, vel ante hunc diem sint inauditæ.

20. **HIS** ex principiis primum est concidere, cuius furoris sint ejus ratiocinia. Quo loco servator ad hebreos concessionem habebat, scripsi, quod venire ad ipsum, idem illi sit, quod credere in ipsum, & quod id ipsum sine gratiâ præveniente non possit contingere. Ubi S. Augustinus advertit concedi à Deo tantundem gratiæ omnibus, quantum omnino ad salutem est necessarium, posse item omnes implere præcepta si volunt, ostendi, quod secundum ipsum, in omnibus implet, quod dicitum est: *Misericordia ejus præveniet me.* Ex his in unum collectis infert, quod irrefragabiliter dixerim, omnes homines esse Christianos. Fatearis, inquit, oportet, velis, nolis, omnes homines

effideles. Lepidum sanè dialecticum! quod si omnibus conceditur gratia præveniens, necessariò, inquit, consequitur, quod omnes credunt; quæ consecutio falsa est, docente Divo nostro præfule quo pacto gratia fortioriatur effectum, si homo non repellit, resistendo quærentem se, & quod nonnulli de se præsumentes gratiam repellebant. Neque ejusdem semper speciei, aut gradus est omnis gratia. Difficulter quæ ex verbo *traxerit* necessariò existit, respondet illi, quæ nascitur ex voculis *excæcavit*, *induravit*, aliisque id genus hebraismis, de quibus adi meam Historiam. Dicetne adversarius non obstante vi, & potestate vocum *traxerit*, & *datum*, non habuisse meritum, qui credebat? non dicer profecto. At si meritum habebat, non igitur ita trahebatur, ut nec ad ipsum pars aliqua pertineret. Hujusmodi igitur gratia non erat necessitans. *Videte, ait Augustinus, quomodo Pater trahit: docendo delectat, non necessitatem impendo.* In Jo. Tr. 26, n. 7. De vocibus *excæcavit*, & *obduravit*, Tr. 53, n. 6. docet idem non provenisse à decreto, sed etiam hoc eorum voluntatem meruisse, respondeo; & docet, quomodo fuerint *excæcati* Tr. 54, n. 1. & *indurati* de serente illo, qui *superbis resistit*, humilibus autem dat gratiam.

21. **INVERIT** in me, quod per prævenientem gratiam, non intelligam ipsam fidem, uti certissimè non intelligo, quippe qui ex S. Thomâ compertum habeo: *gratia non est fides, nec spes.* Sed ex hoc interfert responsum me: *discernit me fides mea.* In 1. 2. qu. 110. 2. 3. Certè consecutum adē insolens non ex sola Logicæ profluit ignorantia. Sed forrè de hoc aliâs. -- Jaētit quod mutilando callidè sensum Augustini illum faciam videri puvam putamque bæresin. Rem totam accipe! Cùm servator noster apud Joannem loquitur de iis, quos ad munus Apostolicum delegerat, iisque varia dimissio-
nem, mutuæque charitatis dat documenta, subiungit: *Non de omnibus vobis dico; ego scio, quos elegerim.* Dixit quoque alibi apud S. Joannem: *Nonne ego vos duodecim elegi,* & ex vobis unus diabolus est. Relatis his verbis hæc subjicio: *Sciebat inter electos, qui se auscultabant, adesse unum, qui suā culpā alteram atque ulteriorem electionem participatur non esset, quia ut eā quis gaudeat, amare non prodere oportet, ut docet Augustinus.* Qui enim diligunt, quia diligunt eliguntur. Hæc dum refert Anonymus, alteram, atque ulteriorem electionem mutat in electionem ad gloriam, graviterque in me debachatur, non debuisse me inquiens adferre hæc verba *avulsa*, *nuda*, & *insulatim*, sed recitare debuisse magnam illius commentarii partem, etsi ad rem non faciebat; quia alioquin quis in suspicionem veniet, quod electioni præeant merita. In omnibus nempe

his hallucinatum est. Fac etiam dixisse me, quod in prædestinatione ad gloriam, pars aliqua pertineat ad merita, quis unquam inaudiit hanc esse hæresin? aut hunc loquendimodum ad eò esse ab Augustini mente alienum, quippe qui ita omnino in Joanne In Jo. Tr. nem scripsit: *Novit quid sit quæque facturus, & quid sit pro ejus opere redditurus.* Sa- 35. n. 4 nè cum de electione ad fidem loquimur, hæreticum est in partem vocare merita: Verùm hic dicitur, *ut eū quis gaudeat;* Nunquid igitur ut destinatâ nobis gaudemus beatitate, merita vitæ præcedent? nunquid igitur verum est maximum meritum futurum Dei amorem? Tamen post verba: *quia diligunt eliguntur, pergit vir Sanctus: qui verò non diligunt, tametsi omnia habent merita, & dona, nihil eis prodest.*

22. A SECTIONE 99 ad 105 tot fabulas & convitia conglomerat, ut hinc horrem, inde risum moveant. Non possum non prius hoc loco recitare ad amissim caput illud, quod ad eò ipsi movit stomachum. Sermonem instituo de primâ ad Corinth. 1V. 7. m. p. 64 in C. 4ti v. 7mum: *Quis enim te discernit? quid autem habes, quod non acceperisti? si autem acceperisti, quid gloriaris, quæsi non acceperis?* Multum in rem suam usus est hoc loco adversus Pelagianos, maximè dum contendebant, nostram esse fidem, neque à Deo acceptam, neque esse merum donum, quod à tot alis nos per illam secreverit, neque ab ipsius auxilio principium bonæ voluntatis profici sci. *Quis te discernit? ubi si dixerit homo, fides mea, voluntas mea, bonum opus meum, respondetur ei: quid enim habes quod non acceperisti, quid gloriaris, quæsi non acceperis?*

CLARIUS multò in libro de Spir. & lit. exponit, quæ ratione verum sit, quod omnia habeamus à Deo, quia, dum stante eo, quod credere, & operari nostrum sit, dictum Apostoli: *quid habes, quod non acceperisti? impugnat, respondet ipsum etiam liberum arbitrium, quo credimus & operamur cùm Dei donum sit, donum etiam Dei perinde esse, quidquid per ipsum efficitur.* Nec istam voluntatem, quæ credit Deo, dici potest homo habere, quam non acceperit. Quandoquidem vocante Deo surgit de libero arbitrio, quod naturaliter, cùm crearetur accepit. Idem omnino sentit Hieronymus, dum commentatur S. Paulum ad Ephes. Non quod liberum tollatur arbitrium &c. Verum quod arbitrii ipsa libertas Deum habeat auctorem. Adjungit deinde Augustinus, non ex eo solum rationem peti, verum etiam, quod visorum suorum agit Deus, ut velimus, & ut credamus sive extrinsecus . . . sive intrinsecus. Quæ explicatio locis omnibus jam relatis accommodanda est.

de Sp. &
lit. n. 57.

23. TOTUM hoc ait Anonymus esse puerum putum dogma Pelagii, adformatque, me ne oculis quidem unquam usurpasse librum de Spir. & lit., ex quo tot non uno in loco recensui periodos. Sed in eum texum (verba sunt Anonymi) Scholasticorum volumina terens, cum fortuò incidisset &c. Initium facit, dicendo: idoneum magis in rem præsentem fuisse locum epistola 186, quem ipsissimum paulò ante nullo hortante protuli. At molestè fert, quod non longa serie, id quod sequitur exscripserim, scilicet, *opera ex gratiâ, non gratia ex operibus &c.* Quæ res & extra dubium est, & eo loco ad rem non pertinebat. Et quid obscuror erat, cur ego adjungerem, ut ipse de suo facit: *quod gratia consistit in Dei operatione, & quod amor est omnium operationum principium?* Impingit mihi, quod dixerim *lapsum esse Augustinum in eâ epistola;* quæ Paulum interpretatus est. Sed quædem fronte tam indigna comminiscitur mendacia, quæ in re facti, à quovis facile detegi possunt, atque in lucem trahi? Affectingit mihi, quod explicationem ipsius traducam velut *obscuram, atque implexam;* quandoquidem ego eam in ipso capite tanquam egregiam & suo dignam magistro proposui! Cum ad locum illum, quod omnia à Deo essent, ventum erat, ex quo perperam intellecto confidere quidam vollebat, nihil intervenire de nostro, protuli clarissimam explicationem iterum iterumque à S. Hieronymo confirmatam in libro de Spir. & lit. Hic enimvero candide fatur adversarii impiegisse in errorem Pelagii Augustinum, etiam in eo libro, quem adversus ejus sectatores scripserat. Non potuisse adhuc ipsum, inquit, tum temporis Pelagii, & Juliani errores reprehendere, quæque in hoc libro essent ambigua, ex aliis explicari debere libris, quos scripsisset proficenter. Atqui ad trutinam ab ipso vocatus fuit hic liber in retractionibus; scribitque ipse: *in quo libro quantum Deus adjuvit acriter disputavi contra inimicos gratiæ Dei,* nec voculam quidem ullâ mollit expostione! At de locis à me adductis, nullam facit mentionem, unde non pro Pelagianis, aut ambiguis ea habuit, quin potius confirmavit utpote Catholica, & se digna. Malè itaque ciat, atque inter se conjungit hæc duo: *Augustiniani vulgo, & præfertim Jansenius.* Frigidum profectum est ipsius sophisma! Quando Pelagiani dicebant: *ideo ista sine ope divinâ non fieri, quia & hominem Deus creavit cum libero voluntatis arbitrio,* in eo sita erat Hæresis, quod in illo duntaxat, rebusque extrinsecis Divinum consistere auxilium docerent. Quæres fecit, ut vir sanctus in hæc verba sectionem illam orsus fuerit: *Sed illis acer-*

p. 70.

p. 72.

p. 75.

de Sp. &
lit. n. 4.

rimè ac vehementissimè resistendum est, qui putant sine adjutorio Dei per se ipsam vim voluntatis humanae vel iustitiam posse perficere &c. Atque eadem ob causam ita inchoavit sequentem: *Nos autem dicimus humanam voluntatem sic divinis adjuvari ad faciendam iustitiam, ut præter quod creatus est homo cum libero arbitrio &c.* Quis igitur de S. Augustino, aut de me persuadere sibi posset, opinari nos, adscribi Deo debere, *actum voluntatis, quo in Deum credimus, bâ unicâ de causâ, quod liberum arbitrium nobis impertiret.* Nunquid ego, ut ne quis interpretationi finitiae esset locus, in hac verba totum collegi ratiocinium? *inquiebam ego, subiunxit S. Augustinus, quod non idem, sed etiam quia exterius, & interius operatur etiam ipse Deus, ut credamus, & ut velimus.* Quæ declaratio in omnibus, quos attulimus locis intelligi debet. Si igitur ubicunque liberi arbitrii à Deo concessi fit mentio etiam interior DEI operatio intelligi debet, cui dubium suboriri potest, quin eam velimus exclusam? nunquid eo ipso consilio recitavi, quæ habet de prædestinatione Sanctorum. *Nibil autem huic sensui tam contrarium est, quan de suis meritis sic quenquam gloriari, tanquam ipse sibi ea fecerit, non gratia Dei; sed gratia quæ bonos discernit à malis, non quæ communis est bonis & malis.* Nonne adjunxi: *-- dona sua coronat Deus, non merita tua?*

24. UBI legitur: *finis præcepti est charitas, inveniret Anonymus in exemplo meo, & quibusdam aliis, quæ ipse recensui, particulam de in cum mutatam, atque ita inventiret in meo autographo.* Verum Paraphrasis ipsius 106 mira canit: *Isaiae verba: pro transgressoribus rogavit, ad institutum traducere cum velle, ubi Christum pro omnibus orasse contendit &c.* Augustini textum subdile mutat, quia integer sententiam everteret. Quod etiam Augustinus existimârit Christum orâssim pro omnibus, demonstravi ex

de Præd.
SS. n. 10.

vid. p. 398.
399.

in Jo. 110.
n. 2.

traçatu, quo explicat, *rogo, ut omnes unum sint*, dicitque clariora fore verba, si etiam tertia vice adjungeretur rō rogo. *Rogo ut mundus credat, quia tu me misisti.* Demonstravi idem ex alio; non debebant desperare, pro quibus in cruce pendens Dominus est dignatus orare. Notari hic velim cæcitatem, quâ Deus involvi eos permittit, qui suâ id culpâ merentur, pergit Anonymus suppreßâ à me sequentia verba indigitare contrarium: verba autem sunt hujusmodi: *dixerat enim Pater: ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt videbat quosdam suos inter mulitos alienos: illis jam petebat veniam à quibus adhuc accipiebat injuriam.* Hic adversarius: *Consultò hæc verba substituit His toricus, quia orationem Christi non pro omnibus, non pro alienis, sed pro suis fusam indicant.* Sanctus

ait: *pro illis petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat injuriam;* & his verbis indicari affirmat Anonymus, quod petierit pro suis, non pro aliis. Notetur etiam sequens Augustini effatum: *non enim attendebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur.*

25. EJUSDEM fursuris sunt objectionculæ, quæ sequuntur. Scripfigo: *Tamen si Deus omnes salvos velit, non omnes tamen salvare: propterea quod voluntas ejus conditionata sit, non ita absoluta (hoc est non modo, non è ratione) ut nostrum ab eâ revertatur arbitrium.* Ex hoc inquit loco appararo satis, ineptum me esse ad ejusmodi argumenta pertractanda, eo quod voluntas DEI absoluta non tollat arbitrium. At scripseram ego, *non ita esse absolutam, ut libertatem tollere.* Quid amabò in contrarium hic obmoveri potest? An enim non posset velle eo modo, ut nulla arbitrii perfidia haberet facultatem peccandi? Faxint superi, ut aliquis è cælo hominem hunc radius collusret! Pelagianis quoque erroribus accenset, cum dicitur: *conditionata in Deo esse voluntatem salvandi omnes.* At conditio à Pelagio intellecta hæc erat: *si omnes propriis petere volent viribus: Catholica ex adverio est: si etiam ipsi divinæ respondentes voci opitulanie gratiâ adhibebunt operam.* Deus omnium salutem vult voluntate antecedente dicebat S. Joannes damascenus, & post ipsum S. Thomas. *Quia, Ques. disp.*
22. a. 2.

inquit, Deus omnes homines propter beatitudinem fecit, dicitur voluntate antecedente omnium salutem velle; sed quia quidam saluti suæ adversantur &c. Tum demum ipsorum vult damnationem voluntate nimirum consequente. Quemadmodum natura de primâ intentione vult animalia perfecta, quod vero imperfecta procreentur, de secundâ est. Quemadmodum item Iudex justus antecedenter vult omnem hominem vivere, sed consequenter vult homicidam suspendi. Docet igitur hic, quod, *id, quod antecedenter volumus, non velimus simpliciter, sed secundum quid, id est quasi conditionatè, id quod in absolutam non cadit voluntatem.* Neque impediretur absoluta: *Sic enim velle, seu nolle in voluntis, aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem.* Ex his disflatum disolutumque est, quidquid contra illud: *vult omnes salvos fieri, pluribus paginis illebit.*

26. Ad marginem adscripti integrum ex S. Augustino periodum. Exclamat vel hinc manifestam fieri fidem meam sublestam, quippe qui adferrem locum discriptum & concisum. Idque eo ex capite, quod prætendat oœto subsequentes versus attexi debuisse. Videri enim in iis actiones bonas non solum à libero arbitrio, sed etiam à

De corr. &
gr. n. 43.

divinâ gratiâ procedere. Quasi verò id nusquam in opere meo dictum foret. Credi profectò deberer, rem ipsi esse cum homine, qui gratiam absolutè, & generatim negaret. Posteaquam plures jam paginas, non tam contra me, quam Scholas omnes impleverat, dicam iterum mihi scribit, ob dilectam mihi entitatulam illam, quam non agnoscō; erroris me postulat ob dogmata, p. 108. vocesque scholis omnibus communes. *Non existere ait sensisse* Augustinum entitatis meas creatas, quae in voluntatem agere non possent. *Æquè parum* hac de re locutus est Augustinus, ac ego. Legantur tamen obsecro sequentia: *ubi Deus quamlibet aliam entitatem duntaxat tribueret, per quam à nobis amor, ille bonarum omnium actionum principium produceretur, usque ad verba: quod argumentum passim Augustinus intorquet contra Pelagianos, nobisque quis prodat, quid demum sibi velint, aut quam aperte inter se cohærent, quae ibidem deblaterat!*

27. MIRUM denique debaccharat in ea, quae de prædestinatione retuli. In ipso certè limine liquet satis, quām iis in rebus veris satis sit. Docuit Augustinus, quod *prædestinationis gratiæ preparatio*. Subiungit Anonymus: *gratiæ vocabulo, cum bonos omnes liberis arbitrii motus, & affectus à primis usque fidei rudimentis, tum æternam quoque felicitatem complectuntur*. An unquam auditum est gratiæ nomine venire apud Theologos motus bonos, & liberum arbitrii? Profiteur non habere se velle me pro Theologo, quā de repositis suis principiis magnam ipsi gratiam habeo. Declamat acutissime ingenium, ut *prædestinationem omnem concutiam*. At ubi hæc appareat concusso, non prodit. Ut planum fieret disjunctissime inter se Augustinum prædestinationem illam, quae est ad gloriam, & quae ad fidem hæc ejus verba ex lib. de don. perferv. recitavi: *Secundum quandam aliam discretionem non erant ex nobis; aliis eo loco in rem meam opus non erat. Adduxi tamen illa, annexis iis, quae ad intelligenda hæc sufficiunt. Typi errore effectum fuit, ut Augustini loco substituerentur in margine verba Sancti Joannis ab Augustino explicata. Risum sancè movet suspicio, ne dolo id factum fuerit. Cui bono amabò? Porrò quam molestè fert, quod caput illud non integrum exscripterim, illud verò molestiùs, quod adjecserim in Tractatu de *Prædestinatione Sanctorum* eam directè intelligi, quae est ad fidem; propterea quod contra Semipelagianos liber iste scriptus sit, qui principium fidei ex homine reperebant. Per Sanctos item à D. Paulo fideles indigitari; indeque Augustinianum loquendi modum eum fonte profluxisse. Adjeci hoc eo potissimum consilio, ut nemo sibi persuade-*

ret hanc duplicitis prædestinationis distinctionem toties ex Augustino intellectam me hoc solo in loco fundare. Non gravebris amice lector pervolvere librum meum decimum in benignarum saltem earum probationum gratiam, quæ liber hic præceteris à viris insigniter doctis indeptus est. Objicit mihi adversarius, quod vocem *affectionem* reddiderim per *prædefinitionem*, quando satis est vel aperire solum oculos, ut videatur, me ita hunc locum transtulisse: *Secundum certam aliam separationem non erant de nostris quae vox separatio multò melius hic quadrat, ac disjunctio, quam ipse mallet. Quorsum autem querelæ illæ, quod dixerim, per Prædestinationem Sanctorum directè eam innui, quae est ad fidem, quando ipse metu fatetur variò Augustinum de *Prædestinatione ad gloriam* nunquam verò separationem, & consultò de eâ differuisse.*

28. AUGUSTINIANORUM hæc in redigatum narrationi præmissi extare multa Sancti Doctoris dicta, unde colligi posse videretur, existimasse ipsum prædestinationem ad cælum in præscientiâ meritorum fundari: extare ex adverso complura alia, unde conjici posset, nullam ipsum hæc in re partem concessisse præscientiæ. Me unos, atque alios, quin ad alterutram accederem fententiam, relaturum, id quod summâ etiam fide præsteti. Quare in quæcunque demum fententiâ sit Anonymus, non video cur me velit impugnare. Si vir sanctus ait distinguendo eam, quae est ad fidem duplex admississet prædestinationis genus, oportuisse & alia plura ab eo admitti, puta *ad cogitationem, ad amorem, ad spem, ad passionem*. Sed haec non disputabantur adversum Semipelagianos, qui principium fidei ad hominem referebant. Priscaque temporibus de utrâque loquebantur, sed confusè passim, & quod dicitur, *cumulatum*. Ex quo nata est verborum ambiguitas: Non aliam, quam quæ ad fidem est, intelligebat sanctus Doctor in libro de *Prædestinatione*, cùm scripsit: *intelligamus ergo vocationem, quâ sunt electi, non qui eliguntur, quia crediderunt, sed qui elegantur, ut credant*. Quia verò sèpè male habet Anonymum, quod pauca verba referam, videat modò, quam multa sequantur, quam ea huc non transcribam. Videat: *ut eligentur eum, elegit eos*. Et deinde: *hæc est immobilis veritas prædestinationis, & gratiæ*. Tum: *electi sunt itaque ante mundi constitutionem eâ prædestinatione, in quâ Deus sua futura facta præscivit: electi sunt autem de mundo eâ vocatione, quâ Deus id quod prædestinavit, implevit: quos enim prædestinavit, ipsos & vocavit*. Sub finem: *Rogo, quis audiat Dominum dicentem: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi, & audeat dicere, cre-*

Da Præ.
SS. n. 34.

dere homines, ut elegantur, cum potius elegantur ut credant? Quā amabo contingere potuisse, ut duas has prædestinationes nunquam S. Doctor distinxerit, cūm dicere, quod prædestination ad finem à meritis proveniat, hæreticum esse demonstrārit? Dicere autem: aeternam vitam meritis prædestinationibus reddi, seu quod hic idem est, prædestinari, dixerit sententiam esse non reprobandam, modo intelligatur etiam merita nostra esse DEI Dona? Scriptit tamen de una; prædestinati enim jam sumus, antequam effemus: vocati sumus, quando Christiani facti sumus; Scriptit & de alterā: quos per certissimam præscientiam, & justissimam beneficentiam secum regnatos in vitam aeternam prædestinavit.

29. MUL T A deinde prolixè, nulloque fructu garrit, quæ contra me non faciunt, nè tamen involandi in me deesset locus, en tibi ad quas se fraudes convertit. Recensis in historiā meā locis illis Augustini, quibus innui videtur, credidisse ipsum prædestinationem etiam ad gloriam à meritis derivari, gradum facio ad ea, quæ indicant, existimasse non à nullā eam præscientiā dependere, præmittoque nil incommodare, quod traditio videatur contraria ob P. P. primi sæculi, qui multūm in eam sententiam propendent, quæ fundari eam in meritis docet, tamen id parum referre: si quidem hic non agitur de dogmate, scilicet de re, in quā utpote cujusque arbitrio permisā Catholici multi hanc, multi aliam opinionem amplectuntur. His omnibus insuper habitis, tanquam si grande admissem nefas, objicit mihi verba superius recitata; *Anonymous* miratur, quod eō *litteris processerim*, palamque edicit, *mendacium* mibi à S. *Augustino* exprobri. En quō cæcitat deveniat, qui se cæcis animi affectionibus permittit. Neque credibile est hanc mentis perturbationem nasci ab affectu, quo fertur in sententiam prædestinationis gratuitæ. Quandoquidem è contrario ipse paginā præcedente de prædestinatione ad gloriam hæc scribit: *Augustinus cum reliquis Patribus non aliter gratuitam esse decrevit, quam quatenus gratuita est ipsa gratia.* Et quibusdam interjectis versibus repetit, docere Augustinum: *merita nostra antevertere prædestinationem ad gloriam, quod se explicandi genus tortum nimium est, parumque probandum.*

30. *Menda* itaque *omnia* libri mei declini cūm expungere non posset insignis hic Archisynagogus, omnia sequenti imposturā, cū quādam epitomā concludit. Intra loca Augustini, quæ electionem ad cælum spectant, adduxeram ego sequentem: *non prædestinavit aliquem (ad gloriam) nisi quem præcivit crediturum, & secuturum vocatio-*

*nem suam, quos & electos dicit, quod intel ligat ad gloriam, vel ex eo colligi potest, quod hoc ipso loco attulerit effatum illud: multi vocati, pauci verò electi. Recensuit summā accuratione vir sanctus librum hunc, atque in retractationibus unum alterumque passum refinxit; at supra relatum nè attigit quidem, ac proinde consolidavit: Hoc non obstante mihi obstrepit *Anonymous*, textum hunc ejus iniquè torrum; Pelagianis hoc pacto accenseri Augustinum, ingenuique historici fuisse proferre etiam emendationem factam ab ipso in retractationibus: *Siquidem relatā ejusmodi sententiā immediate subiecta: nondum diligenter quæsieram &c.* Sed secūs multò se res habet: locum hunc ipse retulit in retractationibus, at nihil immutatum: verbaque illa: *nondum &c.* Alteri subiectit sententiae, quæ non in 55mo, sed 60mo extat capite, & in quā habetur: *fidem elegit in præscientiā, id quod ad Semipelagianorum accedebat errores.**

31. UNAM tandem aliquando, laus Deo, accusationem reperio, quæ æqua est, atque efficiet, ut cum liber recudetur, unum in eo mendum expungatur. Cum pag. 287 legitur: *Semipelagiani* reponendum semper est *Pelagiani*. Typographine, an librarii, an mei ipsius calami vitio id irrepserit, non sat in promptu est. Hoc certum, ineptum, atque ridiculum esse quod ex eo capite, ut facit *Anonymous*, me quispiam velit traducere, tanquam hominem in Historiā Pelagianā omnino hospitem, & rudem Chronologie. Si enim opus, quo de agitur, hunc preferrit titulum: *contra duas epistolulas Pelagianorum.* Qui latere me poterat, agi ibidem de Pelagianis.

32. PAUCISSIMA quædam in septendecim, iisque prolixis Paginis de Prædestinatione deprehendere potest, quibus me hāc in materiā traducat. Tamen quasi non nisi de meis locutus fuisse erroribus, egoque non Augustini, ut feci, sed Scholasticon, quorum tamen nè unum quidem appellavi, recitassem testimonia, piget, inquit sub finem, *bonas horas insumere ad extricandas ineptias, quibus apud nob. Historicum referissima est de gratuitā ad gloriam prædestinatione inter Scholasticos Disputatio.* Vix possibile videtur alium quenquam ita extra chorūm, quod dicitur, saltare posse! Quapropter jaçutram hanc in vectivis compensat, ad quas placidè omnino pro more suo dilabitur, easque prosequitur ad finem quā quidem de re ideo maximas illi gratias debeo, quod alia ab ipso viā nullus in me redundare posset honor. Expediam me, quantum potero brevissimè, quia eadem semper gerræ recurrent, neque leve est, quod hic superare oportet fastidium. Iu-

R r 3

p. 130. **tio itaque refert dixisse me cum sancto Augustino, actiones humanas & à Deo, & ab homine proficiunt mirumque sibi applaudit in hac illatione: Igitur non proveniunt ab entitatu creatu, quæ non sit Deus ipse, me igitur verborum sensum non fuisse adsecutum. Ridet me porrò ob propugnatam à me indifferentiam Catholicam, de quā alibi recurret sermo. Execratur me quod, cum loca aliqua in speciem sibi opposita conjungo, hunc quoque adferam quomodo ergo &c. neque explicationem adhibeo, quam adhiberi hoc loco res non postulabat, cùm non contineret pugnantia. Fraudulenta deinde & risu digna est nenia illa, quod ego plura Augustini effata, utpote scopo meo adversantia truncaverim. Certè si ex eo genere illa esse existimassem, supercedissem labore ea in lucem proferendi, intento usque ad eò in paginam, primaque ejus verba digito. Tacuisse potius illa, & occuluisse. Accidit interdum, ut non adduxerim, quæ sequuntur, idque eò potissimum, quod vel ad rem non faciebant, vel res continebat plus centies inculatas. -- Jactat *Anonymous* mihi perinde ac *Pelagio* disculpsisse dictum illud: *dat quod jubet*. Verum an non idem est: *sua dona coronat*? an non idem est: *opera ex gratiā*? an non idem est, *da quod jubes, & jube quod vis*? & alia hujusmodi, quæ ego non semel, ubi ad rem erant, in medium attuli? At videamus, ut explicuerit Augustinus rō *da quod jubes*, videamus, ut hoc ipso in loco, quem oponit *Anonymous*, explicet rō *dat quod jubet*! Vir sanctus non ait, *dat quod jubet, & adjuvat*, ut ipse subdolè affirmat, neque enim hæc foret explicatio. *Dat*, inquit sanctus Doctor, *quod jubet, cum adjuvat, ut faciat, cui jubet*, quibus verbis totum corruit *Anonymous* systema. Aliis etiam in locis docuit vir sanctus, *necessariam esse gratiam adjuvantis, ut impleatur præceptum jubantis*.
 33. **P**lus malitiae sequens habet paragraphus, scripsi ego afferuisse Augustinum, quod fides verè electorum operetur per amorem, atque ideo non deficiat, cum ex adverso, qui perseverare non debent, non sunt verè separati à massa perditionis. Affingit particulam atque ideo adjectam à me esse, tanquam si Augustini foret, tametsi videret charactere eam diverso expressam; item quod *gratis Augustino affecta sit causalis illa ab Historico confita*; variisque hic hæreses communis citur, quas diffungi ait periodis subsequentibus; quæ tamen prorsus nihil conferunt ad ea, quæ ipse propugnat. Pessimè concludit: *subdolè igitur obtruncatus videtur ille textus, ut quisquis ea legerit verba, prout ab Historico referuntur, in suspicionem veniat errasse Augustinum*. Gratiam delicti, id quod ex animo precor, faciat ipsi misericors Deus, collustret mentem hominis, animumque reddat sanitati! in sequentibus duobus Paragraphis, verba mihi imputat, quæ calamo nunquam excidere meo, eorumque sensum adulterat. Eandem cantilenam occinit paragrapho 201, & en tibi fraudes hominis! ex extu Augustiniano non uno in loco declaravi; quod post peccatum amissa fuerit perfecta illa libertas, contra quam non militabant pravae appetitiones animi; quod potuerit bene operari Adamus, quin nostrī instar indigeret, ut sublata per peccatum, ad bona supernaturalia facultas redderetur; quod voluntas humana adeò manserit debilitata, ut alæ, quibus ad bonum supremum conniteretur, obtorquerint, easque vires Divinā solū misericordiā consequatur. Duæ, tresve paginae hujusmodi locis referuntur, quibus iterum iterumque inculcatur ad peragendum bonum liberum non esse arbitrium, nisi liberetur per gratiam: hæc omnia callidè dissimulat sincerus scriptor, meque arbitratu suo incusat, quod ex mea opinione *gratia*, quam primiū accepit *Adam*, nec amissa sit, nec possit amitti, item quod obstrepam Augustiniano illi effato, voluntas quæ libera est in malis, libera in bonis non est, cum tamen hæc ipsa à me verba sæpenerò ex adduēta fuerint, & explicata. Pervulgatum est, eximi hoc vinculo infantes per Baptismum, tametsi hoc Epist. 217. non appareat in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos p̄venerint ratione utentis etatis.**

34. **L**EGITUR in quodam Sancti nostri sermone: *communis est omnibus natura, non gratia*. Magnum ob hanc sententiam strepitum concitarunt, qui exsculpere indè sibi visi sunt, falsum itaque esse, quod ex mente sancti Doctoris Deus cuique quādam ratione ad cor loqueretur. Ostendi ego fraudi his hominibus fuisse vocem *gratia*; quippe quæ eo loco nonnisi Baptismum & fidem significeret. Evici id ex longā, quas texui sententiarum irrefragabilium serie. Sed quorsum tam multa? unus hic locus, si totum sumis, est instar omnium. *Qui de paganis nascuntur, ab ipso facti sunt, nec tamen sunt populus ejus: communis est omnibus natura, non gratia*. Verum magister hic noster in hæc prorumpit verba: *non nisi putido sophismate infert Eques Theologus, quod de sola fide, & baptismate intelligenda sint illa toties inculcata ab Augustino, & Patribus verba*. Quale autem hic lateat sophisma, atque ubi demum recocta toties verba deprehendi possint, quis satis statuat? at declarat, quod si hæc voci hoc in loco subferset potestas, & significatus, consequens foret, communem esse omnibus justitiam, & perseverantiam finalem, fidem ego hic meam obligo, bellum à me daturum iri manusculum,

lum, blandaque crustula, qui illationem lepidam magis aut amoenam invenerit. Accomodari etiam, quæ dixi, facilè poterunt ad alium locum: scimus non omnibus hominibus gratiam davi, eodem etiam sensu in libro de correptione & gratiâ, nonnulli acceptâ gratiâ in quâlibet ætate periculis hujus mortis celeritate subtrahuntur, & commentario in Psalmos; gratiam ad quam non omnes pertinent, non enim omnium est fides. Ita sepè D. Paulus.

35. SED Adversarius noster altioribus p. 351. semper canit tibiis. Amabo te Lectio benigne, conjice, si libet, oculos in narrationem meam de Sanctorum prædestinatione, in librum ad dandos in ruborem Semipelagianos elaboratum. Vide sis amabo, numquid censoriam commereatur virgam. Catholici ego partes suscipio. Initium liber dicit à sequenti loco: operatus Deus fidem nostram niro agens modo in cordibus nostris, ut credamus, ubi subditur: mirus autem hic modus in eo confitit, quod id faciat quin incommodet arbitrii. Alios deinde textus proferre pergit, qui magis declarant & vocationem, & principium fidei unicâ Deo deberi. Addit deinde: Illis datur ut credant, illis non datur. Foris audiunt, intus non audiunt. Hoc donum quibusdam davi, quibusdam non davi. Trabì à Patre, nihil aliud est, quam donum accipere, quo credit in Christum. Et postea: Tota ratiocinii complexio aliò non collinat, quam ut stabilitat gratuitum esse donum, nihilque procedere ab homine; & quod trabì à patre aliud non sit, quam recipere donum quo credit in Christum, quia sine eo credere non poterat. Quod si vocationis hujusmodi donum nonnullis datur, aliis non datur, non accusavi continuâ potest Divina iustitia, sequidem cum quilibet in primo parente peccavit, propter unum condemnati fuere omnes.

Audi sis modò, quo hoc ratiocinium epiphonemate claudat *Anonymous*: *Historia* inquit, *Theologica* hujusmodi calumniis in *Augustinum* usquequaque scateri. Est, qui credit bonum hunc hominem obscurâ quandoque habere intervalla, planèque de statu mentis dejici! id quod ipsius bono esset optabile, quòd nempe error solius foret intellectus. Exaggerat itaque pluribus, quod totum non retulerim verborum contextum; apparere indè quod repugnet *Augustini* sententia iis, que supra ego exposuimus. Ipse igitur totum exscribit: Cum igitur Evangelium prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt. Sed qui credunt, prædicatore forinsecus sonante, intus à patre audiunt, atque discunt: qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt, neque discunt: hoc est illis datur, ut credant, istis non datur, quia nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. At Deum immortalem!

quid hic plus habetur, quod quidem ad dogma pertineat? exempli tamen instar est: poterit hic locus, quo palam fiat, quam falsò interdum mihi objiciat, quod mutationibus non contentus, perversis interpretationibus loca, quæ adduco, corrumpam. Objurgat postea vir sanctus discipulos aliquos, quod non intelligent, & carpant salvatoris dicta. De carne sua manducandâ &c. neque enim audientes Evangelium a non audiētibus, sed credentes à non credentibus discernebat, qui dicebat. Nemo venit ad me nisi fuerit ei datum à patre meo: quibus omnibus inculcantur, & confirmantur, quæ paulò ante dicta fuerant. Sed modum, paucis te volo! interrogo ego, an post prædictos omnes, aliosque efficacissimos loquendi modos, quibus declaratur, doceturque, non solum donum credendi, sed omnia etiam, quæ rectè agere & cogitare possumus, Dei opus esse, an inquam promulgato tum Evangelio credentium fides fuerit sine merito? Negat *Augustinus*, negat Ecclesia. Itaque quantumlibet interius ageret Dominus, eodem tamen tempore proprio arbitrio etiam ipso operabantur, an item obstinatione non credentium erat sine demerito? non profectò. Igitur neque erat sine culpâ: Consequens est, non fuisse supra illorum vires positum, ut cum Divino auxilio, Deo fidem haberent, dicenti.

36. IN TIBI complures contra eos, qui De ver. re- interveneri volunt necessitatem in peccato, lig. n. 28. Augustini sententias, cujusmodi hæc est: *gr. n. 78.* si necessitate id fecisset, nullo peccati criminis teneretur, & alias similes, attriti relata ab ipso Hieronymi contra Jovinianum: nec Hier. con. ad virtutem nec ad vitia necessitate trahinur, Jovin. t. 2. p. 326. alioquin ubi necessitas, nec corona est. Non p. 142. arrident hæc adversario, atque ideo eas Pelagii esse adfirmat, hæc est, inquit, *objectione* Pelagii. Hæc quid ipsi in mentem veniant, mehercule non assequor. Dicatum fortè ipsi fuit esse contra Pelagium opus istud Hieronymi, quamvis in eâ de Pelagio ejusque opinionibus nè verbum quidem. Quanto ab hoc absit intervallo loquela Pelagii, ubi eum refert Hieronymus, vide sis in ejusdem *dial. contra Pelagianos*: *sine omni omni peccato sum; sordida mea vestimenta non habeo; proprio regor arbitrio; major Apostoli sum*. Verum hoc pæcto *Anonymous* S. Hieronymo, imò & *Augustino*, qui dicatum illud confirmavit, multumque dilaudavit, hæresis notam appingit, quid? quod eò procedit audacia, ut hæreticam appellat doctrinam, quæ docet: *non trahi nos necessitate, necessitatemque caritatem præmio*. Quantum animæ suæ consuluissest homo hic, si hujusmodi rebus nunquam admovisset manum! Magnas hic turbas ciet ob omissas in typo pag. 362, duas vo-

RESPONSI

320

culas. Debebat enim post necessitatis addi: *quia libertas est charitatis, & Italice: perchè c'intervien la libertà dell' amore, ut demonstrare possem ex autographo.* Constat profectò particulam *ideo* puncto mox claudi non potuisse. Turbatus hoc loco non nihil fuit Typotheta, quia etiam in dicto: *nec ad vitia trahimur, abest tò necessitate.* Sed quid refert? quæ ambo inde nascitur alteratio hoc in sensu: *in rectè faciendo ideo nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est charitatis:* an liberrate charitatis efficitur, ut necessitate vel ad virtutem trahimur, vel ad vitium? & quod præmium debeatur ei, qui necessariò operatur. Nonne in apero est in veritate effari Hieronymiani ne vel apicem mutari, quæque in contrarium garrit *Anonymous*, nil esse nisi fraudes & imposturas.

37. *Cum* paragrapho 206. attingit verba illa: *quis te discernit?* me scripsisse finit, hoc sibi unicè sanctum Doctorem proposuisse, ut *jactantiam de donis naturalibus excluderet.* Qui semel verecundiæ limites prætergressus est, mendacia facile menda- ciis cumulat. De doctrinâ sancti Augustini in hunc locum ipsius ego verbis ita locutus sum. *Si homo prætendit se separare per propriam fidem, siveque vires voluntatis, responderet ipsi inquit Pater Noster: Quid habes quod non acceperisti, si autem acceperisti, quid gloriaris, quæ non acceperis?* ratiocinatur alibi in illud: *quis te longissime separat?* & concludit, quod ille separat, qui se unxit tenebras à luce, & paulò post: *probat aliunde, quod hinc aliud confidere non velit Apostolus, nisi ut in Deo gloriemur, quantum item huic repugnet gloriari de suis meritis, quæ à nobis, non à gratiâ effecta essent, tanquam ipse sibi ea fecerit, non gratia Dei, intelligendo tamen hæc de gratiâ, quæ bonos à malis discernit, non de eâ, quæ utrisque est communis.* Longi hujus contextus charactere perspicuo excusi nullâ prorsus habitâ ratione, librumque meum forsitan amissum sperans, prolixè narrat Lectori, quod dicam afferere Augustinum, verbis istis *jactantiam de donis naturalibus unicè excludi* verba adferens, quæ à meis nè hilum discrepant; neque adver tens, quod vicissim afferuerim sententiam hæc à sancto Episcopo debellatos fuisse Semipelagianos, qui contendebant posse hominem gloriari de principio fidei tanquam suo, atque à donis naturalibus profluente, hinc se convertit *Anonymous* ad referendas ex Augustino sententias mille à me in locis decantatas, impugnatque pro more, dari gratiam communem, perinde ac si dictum uspiam foret, eandem gratiam omnes possidere. Et quasi de illâ, quæ ad Dei existentiam agnoscendam, ejusque opem implorandam sufficit, non docuisset Augustinus

1st. p. 392.
ep. 186. n.
4.
dej. Præd.
SS. n. 10.

*Deum in cuiusque animo loqui, eum omnibus adesse, ubique præstò esse, & quasi unquam ego dixerim gratiam bonis & malis communem esse eam, quæ bonos discernit à malis. -- Frigidas hujusmodi nugas, & sophismata nunquam non recoquit, indig- natur quod locum Sancti adduxerim: nec istam voluntatem, quæ credit Deo, dici potèß homo habere, quam non accepit, & repetit quod hoc sit ipsissimum Pelagii commen- tum. Quare iterum Pelagianis accenset Au- gustinum. Sed alto præterit silento, quod cum eodem irâ prosequar: converti præte- 1st. Test. rea ad Deum non possumus, nisi ab ipso exci- P. 399. tati, atque adjuri. Atque hinc dictum est: quid habemus, quod non accepimus? & jure Sanctus ait: *dona sua coronat Deus, non merita tua.* Declarato hunc in modum, quod opera nostra bona, non tam sint me- rita nostra, quam Dei dona hæc subjicio: *Corona tibi ab ipso est, opus autem abs te est,* Serm. 33. *sed non nisi ipso adjuvante;* rejicio propo- n. 2. *sitionem illam perperam indè à Jansenistis derivatam: determinatio nostra ad bonum, non à nobis provenit, sed à Deo,* quæ propo- sitio, maximè si antecedentia hoc loco & consequentia attendimus, in idem recidit, ut pater cum hâc: *non provenit simul à nobis, sed solum à Deo.* Quâ præclarâ senten- tiâ nihil verius, nihil certius esse affirmat Augustinus. Quantum denique ad finem objectionis attinet, interrogare mihi liceat: quæ ob causam dicere nefas sit provenire omnia à Deo radicaliter & potestativer, postquam sexcenties dictum est, fieri ab ipso omne bonum realiter, & formaliter, nostrisque in animis ex voluntate ipsum operari, ipsum id producere. Homo ex sanctis cogitationibus aëtibusque merito- riis plus Thesaurus est, non suo merito, sed gratiæ, pland uti ferrum accensum re- splendet, & calefacit, non suâ virtute, sed ignis.*

38. *EXPLODIT* demum *Anonymous*, de- spicit, hæreseosque insimulat finem libri mei quarti decimi. Quam, ut à me retun- dam calumniam, aliud non agam, quam eundem ad litteram recitare. *Ad gratiam quod atinet, conveniunt in eo Carolici, quod sine tali interiore Dei auxilio non modò non babeamus vires faciendi actum bonum, sed nè volendi quidem, aut desiderandi.* Conveniunt diversos esse gradus gratiæ, ita ut jam major, jam minor concedatur; ea autem, quæ ad agnoscendum adorandumque Deum necessaria est, summâ omnibus impetratur clementia. Qui hanc materiam penitus inspexere li- brosque meos præcedentes legere non ob- scure intelligunt, quod per tò operari benè hic intelligatur moraliter non meritorie. Quid attinet revocare in scenam Pelagium, qui pugnabat, posse quempiam solius liberi arbitrii

arbitrii viribus Christianè vivere? quid attinet revocare Augustinum, ubi docet potestarem benè vivendi non habere nisi eos, qui *recepérunt eum*, hoc est, qui *donum fideli suscepérunt*, intellige vivendi benè cum merito apud Deum. Cæterū virtuosa paganorum opera sæpè dilaudat Augustinus, asseritque: *ipsa bona opera, quæ certant infideles, non ipsorum esse, sed illius, qui veniuntur malis*: quare sine Divinâ gratiâ non fiunt. Lepida est difficultas, quam contra concessam omnibus gratiam Dei existentiam agnoscendi obmovet; indeque derivat quod illa infantibus in utero materno concessa non sit. Eadem adversus sanctum Paulum obmoveri possent, cum ait: *Omnis homo mendax*. Sed ut rem citò expediamus, en reliqua! *In hominis potestate est mutare voluntatem in melius, sed hæc non adest potestas, nisi impetratur ab illo Deo, de quo in scripturâ legimus, quod dedevis hominibus potestatem, ut fierent filii sui. Præstò itaque est facultas, & en tibi unum fidei caput! Sed præstò est, quia datur à Deo, en tibi alterum! Habet tribus his verbis Augustini systema. Tribus aliis includi potest dogmatum ipsius compendium: *bona omnia à Deo, mala omnia à nobis proficiuntur*. Sententias has (ait per spicacissimus Anonymus) invitus recitatit Historicus, & quia eorum sensum certissimè non est affectus, omnia ad imum usque turbavit hæc tenus, ac convolutavit.*

lib. Teol.
p. 407.
Rer. L. 1.
c. 22.

p. 147.
p. 149.

39. QUANDO de charitate verba facere oportebat, observavi esse illam omnium virtutum maximam, maximumque ab ea meritum venire. *Infinuare item illam se, atque in omnium christianarum virtutum partem venire, & ad illas producendas concurrere*. Sed disflavi simul auctoritate Augustini speculations Jansenisticas, quæ ipsi pro more adscribuntur, cuiusmodi sunt: aliam non esse virtutem præter charitatem, nec moralem, nec Theologicam, omnem actionem honestam, nisi per charitatem ad Deum referatur, esse peccatum, omnem actum pietatis christiana; si ex purâ actuali charitate non profluat, esse peccaminosum. Hæc sunt, quæ recentiorum speculations adpellavi, non verò Augustini effata, id quod falso persuadere conatur Anonymus. Longus nimiùm forem, si transcribere huc vellem, quidquid eam in rem protuli. Non molestum itaque sit tibi Lector percurrere pag. mean 415. & quatuor sequentes, aliasque insuper, quas index indigitabit. Stupor invadet hominem, qui doctrinam in novo hoc libro adè transformatam, falsumque in sensum detortam adspicit. Quid porrò ad opiniones Catholicas interest ad literam, an secùs accipi debeant, item an secundum ordinem doctrinæ morum apud Patres magis receptum,

atque usitatum procedant definitiones, quas habet Augustinus in libro *de moribus Ecclesiæ* paulo post acceptum Baptisma ab ipso conscriptum; quod temperantia sit amor ^{l. 1. n. 25.} integrum se præbens ei quod amatuv; quod fortitudo sit amor facile tolerans omnia proper quod amatuv, & sic de reliquis. Quis unquam audivit, hæc pertinere ad dogma? quod nullus inficiari possit, nisi qui dilectionis notionem ex turbidis scholæ lacunis basit? Rechè sanci faciunt hi novatores, cùm universam doctrinam morum, non quidem per præmissas, sed per alias à se proculas definitiones, explodere atque deformare volentes, antiquas, hodiernasque Scholas nigro notare calculo totis viribus allabrant. At oportet etiam ita notare, vel planè evertere sensum communem, lumenque illud quod naturâ nobis congenitum est. Quid dicam de eo, quod ex virtutum Theologicarum catalogo expungi à me charitatem idem fabuletur? *Ignarum & jejunum* me vocat, quod contra eos, qui propugnant non dari gratiam præter charitatem, ac proinde fidem, spem, & eam quæ gradum supremum non habet, non esse gratiam. Adduxi hunc locum Augustini: *Inter Divinæ gratiæ species si ponere. Op. imp. tis dilectionem, quam non ex nobis, sed ex Deo esse, eamque Deum dare filiis suis, aperiissimè legit; sine quâ nemo piè vivit, & cum quâ nemo, nisi piè vivit, sine quâ nullius est bona voluntas, & cum quâ nullius est nisi bona voluntas, verè liberum defendenteris, non inflavetis arbitrium*. Non attexui ego singula hæc incisa, quâ de re passim triumphat Anonymus, quia propositum mihi solum erat ostendere, quod sanctus Doctor diversæ speciei & graduum gratias, agnoverit, quò non spectabat revocare in memoriam, quo modo in gradu supremo constitutam explicit, adducendo hoc loco, quæ jam centies facile recoximus. Cæterū declaraciones illas certissimè non celavi, aut occului, siquidem adduxi paginam, quâ habentur, earumque prima propinavi verba.

40. VERGENTE sensim ad finem hæc dicâ omnes Paragrapho 219. adversum me nervos contendit. Atque quod ad Cassianum, Faustum, & Gennadium pertinet, videat ambo benignus lector librum meum XVI, dispiciatque, num quid responsu dignum sit, anque verum sit: quod Historicus detruncet, mutilet, adulteret, & defendat opiniones, quibus imbuti Semipelagiani bellum Augustino indixere. Non est sui Stomachi, quod non uno in loco ostenderim uniformem esse traditionem. De infantibus porrò sine Baptismo decedentibus adi obsecro librum XIII. sub finem, & iudica an majori fide referri potuerint, quæ

in utramque partem profert Augustinus. Adversari me contendit Anonymus definitioni Concilii Oecumenici, seu quod eodem recidit, hæreticum me esse, properea quod parum ipsi abesse videatur, quin credam sanctum Augustinum, cùm hâc de re loqueretur, tormenti nomine aliud nil intellexisse, quam privationem. In Bullâ Concilii, quam ipse exponit, aliud non habetur, quam in infernum descendere, id quod nemo unquam inficiatus est. Verum & duos agnoscit infernos Augustinus, ut in opere meo ostendi. Insignis hic Doctòr non advertit, quod dum hæreses insimulatur opinio benignior, in eundem etiam censum referantur S. Gregorius cognomento Theologus, S. Gregorius Nyssenus, S. Bernardus, Innocentius III. Magister sententiarum, qui scriptit: *Nullam aliam ignis materialis, vel conscientiae vermis panam sensu- ri, nisi quod Dei visione carebunt in perpetuum.* Et præ ceteris S. Thomas, qui docuit: *Di- cendum quod sicut communiter dicitur, pecca- to originali non debetur pâna sensus, sed solum damni, scilicet carentia visionis divinae.* Et Paulò post, quod nomen tormenti, supplicii, gehennæ, & cruciatûs, vel siquid simile in dictis Sanctorum invenitur, est largè accipien- dum pro pâna, ut ponatur species pro genere.

1. 2. diff. 3.

PARS ALTERA.

RESPONDENDI ad tam falsas, atque in-
p. 102. **R**uptas accusationes labore levi brachio
defunctus, gradum facio ad expendendas
obiter opiniones, quas accusator profite-
tur, atque propugnat. Subodorari eas hac-
tenus ex dictis haud difficulter potuit, qui
nare probet habet emunetas. Argui etiam
vel inde potest error, atque insolentia ho-
minis, quod temerè scholis omnibus cau-
sam abjudicet. *Scholastici omnes*, inquit,
quorum scripta percurvare nobis concessum fuit,
sive ii sint Thomistæ, sive Augustiniani, sive
Molinistæ, ubi propositiones *Quæsnellianas* op-
pugnandas assumunt, quamplures ex illis cen-
sura idèo notatas afferunt, quod gratiam eli-
minent sufficientem: *quo quidem nomine ho-*
norifice compellatur Quæsnellus, & quibus se
protegat armis per nostrorum hominum impru-
dentiam instruitur. In præfatione: *Solent*
enim illi ad eas quibus in Scholâ imbui sunt,
opiniones, per vim sanctorum Patres traducever. Et mox: *Graviora inde apud Scholasticos or-*
p. IX. *ta sunt dissidia, cùm non ipsas Patrum senten-*
tias, sed sua quisque commenta conservet, ac
propugnet pro avis, & focus. In eâdem jac-
tat *infamaturum* se profanam illorum, *ac*
minus religiosam sermonis novitatem, sub ejus
finem in eâdem me cum illis navi collocat.
Hæc habui quibus Marctionem Maffejum, &
scholasticos Doctores delinirem. Paragrapho

118. *Scholam perinde nullum habere jus, au-*
thoritatem nullam in Ecclesiæ doctrinam, quam
idcirò ad scholæ opiniones traducere nefas-
sit.

Paulò post: *Qui locutionibus S. S. Pa-*
trum eas veller effingere notiones, quis constat
à posterioribus Theologis fuisse excoigitatas,
opinionum commenta tribueret Patribus, qua-
ne eorum quidem somnia haberi possunt. Pa-
ragrapho 121. *Dum amorem describimus ..*
cavendum magnopere est à scholasticorum, quas
de eo tradunt, notionibus. De gratiâ actuali,
atque habituali dum sermo est: *Eam indu-*
xerunt horum vocabulorum notionem Schola-
stici, quam S. S. Patres nunquam animo in-
formâvunt. De iisdem: *Quamobrem in an-*
gustias conjecti miserandum in modum torque-
bantur, ubi apud Patres gratiæ & charitatis
vocabula offendebant. Paragrapho 130. *Ne-*
que violentis illis interpretationibus opus est,
quibus oportet utantur scholastici. Paragrapho 176. *Nostrî homines etiam in scho-*
lis rixantur &c. ubi de meritis agunt de con-
digno, & de congruo. At &c. quan inanis sit
disputatio intelligitur. Hoc unum debeat ut
cum Calvino in Institutionibus diceret: *Sor-*
bonicae scholæ ei ratione omnium matres. Fate-
batur jam ipso tractatus sui initio, prote-
rendas à Scholasticis, atque anathemate dirim
in modum percellendas esse opiniones suas &
dogmata. Hoc multi perinde accipient, ac
fateri se condemnatum, aut damnabilem ab
Ecclesiâ. Non diu admodum est, cum &
ego difficultates quasdam proposui de vo-
cabulis quibusdam scholasticis, in disser-
tatione, quam inscripseram: *Quæstum*
Theologicum, quod tamen nunquam in lu-
cem emissum fuit, quoniam nunquam id
absolveram. Proponuntur tamen in eo dif-
ficultates debitâ cum modestiâ, neque op-
niones, sed modum feriunt. Cæterum Scho-
lasticæ, eorumque methodus pluris, quam
vulgò quidam existimant merentur æsti-
mari, neque satis scio an laudem mereatur,
qui eam abolere omnino veler. Rectum
ratiocinium est prima dos sano intellectus
neque iri potest inficias, primas hoc in ge-
nere tenere Scholasticos. Quæstiones qui-
dem instituebant phantasticas atque inutiles,
verum de illis disputabant perquam ac-
curatè. Quid vetat igitur, quominus ne-
glectis quidem plurimis id genus alterca-
tionibus, accuratum retineatur ratiocini-
um? partitiones adducebant minutias &
molestias, terminisque utebantur exoticas,
atque inelegantibus: at rei essentiam & gra-
dus sano discernebant judicio. Quid igitur
est, cur amandatis id genus subtilitatibus,
vocibusque, retinerti non possint ver-
ras separaciones rerum, vitarique æquivo-
ca, vero verborum significatu nihil immu-
tato. Scholastici Novatoribus semper, at-
que Anonymo ex æquo fuere exosi, ve-

p. 86.

p. 88.

p. 91.

p. 94.

p. 95.

c. 1. 3.

c. 15. n. 7.

rūm eos nequaquam despexit vir magni ingenii Leibnizius, ut ex ejus liquet literis, quanquam cum illis nihil haberet communione. Wiclefus, Lutherus, Calvinus, Jansenius vehementer illos horruerunt, quia non arridebat ipsis ratiocinium exactum, atque accuratum. Traducebant quoque illos idem ob studium, quod navarent Philosophia. Augustinus ex adverso quidquid verae sanæque doctrinæ apud Philosophos est, in usum nostrum vindicari debere scripsit, atque ita fecerant ex PP. complures.

42. ROGET forfasse, qui hæc legit, quos igitur sibi duces præstitutus Anonymus, quippe qui ab omnibus Scholis discessiōnem se facere jactet? At ecce eos compendio. Persuaderet sibi, novum se in materia de gratiâ systema inducere, atque ita ceterorum omnium errores corrigere. Nemo non facilè intelligit novum quid hæc in materia proferre idem ferme esse, quod falsi quidpiam comminisci. Cæterū non esse novum illud suum systema paucis ego faciam manifestum, quippe quod in rei summa, à Quesnelliano, eorumque, quos ille secutus est, ne vel hilum dissentiat. Quod eadem sæpè sententia centum efferi modis possit, quod procudi semper voces ambiguæ, atque obscuræ, quod falsa semper specie obnubili intentio, quod denique arcuatum hoc verbis nunquam sat explicari possit, in causâ semper erit, ut, qui sophistata sectari, sanamque Catholicam doctrinam adulterare volet, inveniat viam. Quam enim ob causam tantam in animis fecere impressionem, totoque nocti fuere sectatores Jansenius, & Quesnellus? ideo nimis, quia quæ in Luther & Calvinio aperte loquentibus, horrorem incutiebant, in ipsorum ore non aliter sæpè sonant, quam sermo Asceticus, precesque, quæ vocantur, jaculatoriæ. Admittere non vult Anonymus, nisi quod extat in S. Augustino ex PP. bene habet. Sed unde est igitur quod exiguum postea, aut nullam quasi aliorum Patrum mentionem faciat? unde est, quod paucissimis semper, iudicemque Augustini verbis adhærefcat? Monuit olim in ejus generis capitibus non ex una Scripturæ aut Augustini textuum clas- se erui debere veritatem; sed ex collatis inter se unis aliisque eti in speciem contrariis; siquidem si unos spectas, solus tibi operari Deus, si alios solos respicis, solum operari videbitur arbitrium. Jansenius & Quesnellum Anonymus noster variis etiam in locis vilipendit, quæ res in memoriam revocavit mihi certos librorum vel capi- tum titulos visos sæpè à me extra Italianam, qui Jansenii quidem confutationem pro- mittebant, at ejus apologiam continebant,

exemplo sit Mauguinus tom. 2. p. 256. Capite: *Jansenii refutatio*.

43. Sed deseritur interdum suâ ab astutiâ, arreque politiciâ, adedque aperte sensa sua promit, ut iis ex locis cognosci possit, quid in aliis sibi velit, ubi bonam adhuc in partem trahi verba possent. Scripsi ego in historiâ principium Calvinisticum esse, dicere: *Non est alio la grazia, che la volontà dell' omnipotente Iddio, il qual comanda, e ciò che comanda anche fà*. Fidelissima hæc est versio undecimæ ex proscriptis Quesnelliis: *Gratia non est aliud quam voluntas omnipotentis Dei, jubentis, & facientis quod jubet*. At noster Eximus audacter affirmit: *Hæc est sana doctrina & catholica veritas, quam tuemur*. Non alio opinor ad extorquendam ejus sententiam hic opus est equuleo. Alio etiam in loco meridet, quod ejusmodi propositionem condemnem, & respondet: *Non est improbanda illa assertio, si sincere prout sonat, adhibeatur*. Damnata itaque est non sincere, neque ut sonat. Addit ipse: *Subdolè usurpatur à Quesnello, qui prætentit, voluntatem Dei facere, quæ præcipit, ope delectationis indeliberata, non per se*: Eòque demum recidit, ut hoc solum in sensu proscriptam inferat. Sic etiam in loco mox adducto dixerat errorem Calvi- ni, & Jansenii quoad materiam præsentem confistere in delectatione indeliberata. At ubi sodes eam nominavit Calvinus? ubi demum Quesnello in hæc aliisve propositionibus in toto suo libro, aliisve scriptis de indeliberata delectatione loquitur? & quid ea conferet ad statuendum, quod gratia sit Dei voluntas quæ jubet, & facit? imbelli hoc clypeo sese ruiti sæpè sunt Jansenistæ celebres, damnatas solum esse quinque propositiones in sensu Calvini.

44. OPINIO jam recensita corroboratur à Quesnello per decimam ex proscriptis, quæque una est ex iis, in quibus ceu cardine totum versatur sistema: *Gratia est operatio manūs omnipotentis Dei, quam nihil impedit potest, aut retardare*. At hæc illa ipsa est, quæ per totum adversarii libellum dominatur, & regnat, hæc est, cui tota sua moles incumbit. Gratia etiam sæpè ab ipso definitur, *operatio Dei, actio Dei*. Exprobret mihi, quod utar *auxiliū Divini ambi- guo vocabulo*, neque per illud intelligam ipsam Dei operationem. Jam verò cùm se in Augustini semper verba jurare affirmet, cur gratiæ definitionem profert, quæ in nullo Augustini libro extat? quæque uti non ab illo ita nec à D. Thomâ data unquam fuit? At dicer celebre esse illud: *Deus est, qui operatur in vobis velle & operari*? Imo verò celebre est, & sanctum, at sensum facit diversum, neque eo in loco de

p. 25

S 2

RESPONSI O

324

definitione dandā agebatur, & in hāc materiā illas ipsas adhibere oportet propositiones, & voces, non item alias, quae duntaxat ad eas accedunt. Quo jure & proprietate dici potest *gratiam esse operationem?* dare & conferre gratiam est Dei operatio, non ipsa propriè gratia. Sed Anonymus noster non solum contendit gratiæ nomine operationem Dei, sed ipsum usque adēd Deum venire. *Actio Dei, Deus ipse est, proindeque huic actioni creatura resistere nequit:* Ubi definitionis & evolvit intelligentiam, & scopum. Novi equidem non defuisse, qui uteretur hoc loquendi modo. At ecce uti ex novâ Phrasæologiâ nova etiam alii dogmata derivare quis conetur! dicitur sanctè profectò, habitare Deum in homine justificato, verum an ideo Deus, & quod nobis ministrat auxilium, unum idemque erunt? Charitas per Spiritum Sanctum inspiratur, an ideo Spiritus S. & Charitas hominis res eadem sunt? Non oportet item confundere in Deo, quæ ad intra, & quæ ad extra sunt, neque hīc commiscere oportet, Deum esse in omnibus, aut rectius omnia esse in Deo. Nullo igitur jure conqueritur sæpenerum Anonymus de iis, qui per gratiam non intelligunt *operationem Dei, sed nescio quid, quod Deus non est.* Et ubi de actionibus humanis loquitur: Non sunt igitur ab entitatulâ creatâ, quæ non sit Deus ipse. Agitur hīc de dono gratuito, & de auxilio interno, quod Deus pro suâ misericordiâ homini largitur; si dixerimus auxilium hoc ipsum Deum esse, dicere pariter fas erit, conditum fuisse à gratia cælum & terram. Hic certè novi quid subesse jure conqueritur. Torum tamen concoquet, modo inde excuspi queat, quod *creatura resistere nequeat.* Paulò minus asterebat altera Jansenii. *Interiori gratia in statu naturæ lapse nunquam resistitur.* Contra S. Augustinus: *Si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur,* loquendo de concupiscentiâ. Seu, quod idem valet: *Sine merito ei ceditur,* loquendo de gratiâ. Nunquid ad Judæos à protomartyre dictum est: *Vos semper Spiritui Sancto resistitis?* At cum à patribus nè latum se unquam discedere jactitet, cur gratiam vocat *irresistibilem?* quod attributum nec Augustinus, nec Thomas, nec alius SS. Patrum eidem unquam adjecit. Talis autem ut gratia non sit, non requiritur, ut absolutæ Dei voluntati resistere possit voluntas. Quod gratiæ vim metiatur omnipotentiâ, argumento est, imbibisse eum paulò ante relatas, hancque decimam nonam Quesnelli: *Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas:* Ità ipse Paragrapho 194. *Ipsa, inquit, voluntas Dei profectò omnipotens est.* Et gratis adfert auctoritatem S. Thomæ, (quem pluribus ce-

teroqui in locis, nequaquam pro eo, ac debet, veneratur) ubi ait: *Gratia dupliciter* ^{P. 3. qu. 2.} *dicitur, uno modo voluntas Dei gratis aliquid dantis, alio modo ipsum gratutum donum Dei,* ^{a. 10.} *cum palam sit, de dono iis in disputationibus agi, non aliâde re, & hoc ipsum non autem Dei voluntatem ab Anonymo, & Quesnello prædicari omnipotentem. S. Thomas eo in loco, ut recte exponit Cætetus, quia voluntas quandoque est debita, quandoque gratuita, advertit etiam, cum quid gratis donat Deus, hoc ipsum suum velle vocari gratiam. Verum quid hoc ad voluntatem, quam ipse reddat omnipotentem, item quod per omnipotentiam operari faciat auxilium illud, quod homini præstat? En, ut incassum Jansenistarum more, quo debilibus fucum faciat, contra eam propositionum proscriptionem jaet sèpè Anonymus: dixisse S. Thomam, *gratia uno modo dicitur voluntas Dei.**

45. PROGREDITUR, bisque me risu excepit, quod purum putum Calvinismum appellaverim doctrinam illam, quæ prætendit *sine eâ gratiâ, quæ est principium effectus, id est actu operativum de quounque homino non modo nullum fieri, sed ne fieri quidem posse.* Hæc sunt conceptissima verba secundæ Quesnelliæ: *absque illâ non solum nihil fit, sed nec fieri potest.* Etiam hīc ait ^{It. Teol.} ^{P. 430.} *lam illam, & Calvinisticam duntaxat esse in sensu Quesnelli, quia gratiæ naturam in delectatione indeliberatâ collocat:* Tametsi de hīc delectatione ille ne verbum quidem, neque eò referatur delectatio indeliberata.

46. DOCENT Augustinus, & Thomas, gratiam prævenientem etiam operantis, & consequentem cooperantis quandoque nomen sortiri. Anonymus hanc doctrinam non admittit, meque fugillat ob suæ gratiæ prævenientis commentum: *quasi ego gratiam prævenientis commentum:* quasi ego gratiam prævenientem meo è cerebro produxerim. Neque admittere eam poterat, quia volebat omnem interiorem gratiam, quemcumque gradum teneat, *infundere virtutem, divinamque imaginem innovare.* *Gratiæ item hanc interiori esse fidem ipsam & amorem Dei.* *Essè itidem donum cœlestis illius sapientia, quæ virutes continentur omnes.* En quām longe aberit ab eo, ut abjicere eam possit arbitrium, & resistere. Satis itaque ei non est, vocare illam omnipotentem, semper triumphantem, ut ipsius fecerunt antelignani. Neque sollicitum eum habet, quod toties scriptura, Patres, & Augustinus contrarium docuerint.

47. UT sententia suæ majus addat pondus, sæpenerum exaggerat, atque inculcat, gratiam, quæ de disputabatur cum Pelagio, solam fuisse eam, quam descriptimus, atque de illâ intelligi omnia Augustini debere loca: Ille ait *id unum urgebat,* ^{P. 14.} ^{P. 15.}

in eoque totus erat, ut Pelagiani confiterentur, gratiam propriè talem consilientem in domo amoris, &c. et postea: *Compertum est, varia gratiarum & donorum genera jactari consueuisse à Pelagio;* Sed eum nunquam ē manus dilabi possunt Catholici, donec fatetur, donum Dei ē esse amorem, qui omnium bonarum actionum & observationis mandatorum fons & origo est. Totum hoc rectè interpretari liceret, sed magnus hic baccalaureus, aut nihil intellexit eorum, quæ disputabantur contra Pelagianos, aut intelligere non voluit. Contra Pelagianos nunquam disputatum fuit, utrum gratia ē esset irrefribilis, utrum semper cum effectu connexa, neque quanta foret illius vis & activitas, disputabatur, utrum necessaria foret ad omnem actum bonum, utrum esset donum gratuitum, influxus ē esset, atque impulsus internus, & supernus, an verò in solis externis confiteret auxiliis? hāc de re doceri plenius qui voler, sat ei erit legere ea, quæ scripsit Augustinus adversus Pelagium, maximè epistolam ultimæ editionis 176 tam Degr. Chr. & librum de gratiā Christi. *Totum* in hoc extat dogma Pelagii, indeque discitur, quomodo docuerit, concessam naturæ à Deo esse potentiam, voluntatem autem & operationem voluerit omnino ē esse ab homine, Deumque alio pacto in partem non venire, quām quatenus dederit voluntatis, & opis possibilitem. S. Præful c. 26. ita loquitur: *Sic confiteatur (divinam gratiam) qui vult veraciter confiteri, ut omnino nihil boni sine illā, quod ad pietatem pertinet, veramque iustitiam fieri posse non dubitet.* Cap. 31. deinde quilibet sentiat gratiam, secundum meritā davi dicit. Cap. 41. ipsum verò auxilium, quo possibilitem naturalem peccabat adjuvari, in lege confituit, atque doctrinā. Academum: *Si consenserit etiam ipsam voluntatem & actionem divinitatis adjuvari, & sic adjuvari, ut sine illo adjuvatorio nihil bene velimus, & agamus, eamque ēssē gratiam Dei per J. C. D. N. in quā nos sua, non nostra iustitia iustos facit . . . nihil inter nos controversie relinquetur.* In relatā autem epistolā: *Fateatur, gratiam Dei & adjuvatorium ad singulos actus datur; eamque non datur, secundum meritā nostra, ut vera sit gratia.* Et postea: *Fateatur ēssē liberum arbitrium etiam si Divino indiget adjuvatorio . . . Sed ex adjuvatorio Dei nostram provenire victoriam.* Quia verò maxima Pelagianorum vis in eo erat, ut callidè pugnarent, gratiæ nomine intelligi debere exemplum Salvatoris, doctrinam, legem, aliasque res externas. Si minimū, replicabat Augustinus opere imperfecto, si inter divinæ gratiæ species ponebatur dilectionem, quam non ex nobis, sed ex Deo ēssē, eamque Deum dare filiis suis apertissimè legit, si quā nemo pīe vivit . . . verè liberum defende-

retis, non inflaretis arbitrium! Cave tamen hinc inferas, omnem gratiam perfectam secum adferre charitatem, aut nullam gratiam libero arbitrii consensi locum relinquare, ut accideret, si gratia esset omnium virtutum infuso, aut ipsa fides, & charitas, quemadmodum adversarium meum vidi mus decernere. Sexcentis in locis docet S. Augustinus gratiam esse adjuvatorium, igitur cum ipsa & nos liberè operamur. *Omnes Sancti adjuvantur à Deo, sed intrus ubi nemovidet.* Periculosisimum machinæ genus, quo gratiam debellabant Pelagiani, erat, ut ex Augustino discimus, quando diversis locutionum modis, & varietate verborum (id quod ipissimum hodie est in simili materia Novatorum artificium) insinuabant, intelligi gratiam, ut scilicet à Domino adjuviorum cognitionis habeamus, quo ea quæ facienda sunt, noverimus; non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quæ propriè gratia est. Sed inspiratio dilectionis, ut cum sancto amore faciamus, quod lex fieri debere docet, non est inspiratio vitæ spiritualis consistens in ea actione, quā Deus p. 40. amorem suum inspirat, ingeritque virtutes neque est actio, quā Deus producat in nobis velle per se, & simul amorem, fidem, reliquas virtutes infundat, ut meus decantat adversarius. Profitetur ille, quod Catholicī adiuvare Pelagium voluerint ad hāc omnia confitenda, cum tamen his de rebus nō appellatus unquam fuerit. Nullā certè in futurum fuisse, ut acrius adversarios urgeret Augustinus, quām ut hanc gratiæ irrefribilitatem admitterent, dum ē contrario ipse manifestissimum ejus dogma semper de gr. Chr. n. 45. impugnat secundum quod voluntatem & actionem nullo Dei adjuvatorio existimat indigere, Pelagianisque inclamabat, nō ita abutentur libero arbitrio, ut superbā voluntate ita respuant adjuvatorium, ut ipsam gratiam conentur occidere.

48. INTER notas magis conspicuas, ex quibus Catholicī, & Novatores dignosci solent, illa est, quod vel admittant, vel negent libertatem indifferentiæ. Cœpit Lutherus libro de servo arbitrio dicere: *Sequitur necessariò nos operari, necessariò dico, non coacti.* Ita Bajus: *Quod voluntariè sit, etiam si necessariò sit, liberè tamen sit.* Jansenius: *Non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.* Videantur obsecro sub libri mei 14ti initium dissoluta & disputata dialectica hac in re sophistica, quæ ad sustinenda ejusmodi deliria fuere exhibita. Novus meus Antagonista, quasi non diluta, sed à sanis omnibus Theologis communis calculo admissa ea fuissent, omni alia curā intermissa de hāc me opinione exagitat, eamque vocat Pelagianam; mihi nunc declareret velim Eques Theologus, qui p. 131. S 3

p. 137. *componi valeat illa suæ indifferentie libertas, quam in Pelagianis deridebat Augustinus, cum bâc infallibilitate amoris Dei. Alibi: perpetuum siquidem est, illis Augustini verbis excludi libertatem illam indifferentiæ, quam Historicus arbitrio essentialiæ esse, verbis suis indicare videtur. Verba Augustini suo loco à me relata sunt hæc: Voluntas libera est in malis, libera in bonis non est, cum nempe non possit modò agere homo bonum meritorum, sicuti malum potest, sed solo Dei instruètus auxilio. Somniat hîc ignotus ille homuncio, si produceret in nobis Deus charitatem, nutare imò ruere illud, quod ipse tuerit, dogma de libertate & indifferentiâ, quæ illius est sententia. Utinam & ipse in hâc esset sententiâ, neque permisisset se induci ad crassos ejusmodi errores iterum disseminandos.*

p. 19. *49. 44 T A Quesnelli, quæ incipit: Non sunt nisi duo amores, unde volitiones & actiones omnes nascuntur, & sequentes usque ad 59am à pluribus Pontificibus etiam priùs, maximè in Bajo damnatae, sunt ex maximè artificiosis, rectisque partis adversæ machinationibus. Consulatur Historia Theologica à pag. 415. Quantum his patrocinetur Anonymous, perpetuò eluet. Praedicit ipse interdum bonum amorem uniuscujusque bona nostræ operationis principium; Pelagianos (qui de charitate nunquam moverunt litem) coactos fuisse fateri, esse ipsam cuiusque bona nostræ operationis initium arbitrium esse liberum, à necessitate: Siquidem prima ejus determinatio nihil aliud sit, quam amor, quæ ipissima ratio est, quâ necessitatem tueri conatur schola Janfennii. Hinc dum subjicit: *Est porrò juxta activitatis suæ gradum amor quilibet indesinenter actus, sive de amore Dei, id est caritate, sive de cupiditate sive sermo, cognosci potest, ut ad alterutrum omnes actiones nostras referat, Bajique & Quesnelli opinione pro-pugnet. Consulatur Historia lib. 150. Et quis præterea etiam ex hujus sociis dixit: Caritas est ipsam voluntatis determinatio?**

50. QUINTA Janfennii hæc est: *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino mortuum esse. Trigesima secunda Quesnelli: Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine pri-mogenitos, id est electos. Refelli has opinio-nes ex manifestis Augustini locis. Attexui etiam unum ex S. Prospero. Hunc arripit Anonymous, dicens, adferri hunc ab Histo-rico, quod Christum pro omnibus impiis obiisse conficiat. Ita est omnino, sed non allatus est folius, opponit dissimulâsse ipsum verba, quæ thessem à se propositam diriunt. Verba, quæ quidem alicujus momenti sint, sunt ea quæ adduximus: Cum itaque dicatur sal-vator pro totius mundi redemptione crucifixus;*

& alia illa, quod quoad effectum, possit sa-men dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipsius profuit. His alii verò: Propter veram humanae naturæ susceptionem, & propter com-munem in primo homine omnium perditionem, ibidem prætermis s nihil omnino opus erat; tantumque abest, ut Thessem à me pro-positam diriunt, ut etiam eandem confir-ment, dicendo, quod sic ut perditio per pri-mi hominis peccatum dimanavit ad omnes, ita servator, quantum ex se est, se omni-bus dederit in redemptionem, dedit, sunt verba Apostoli in redemptionem semper ipsum pro omnibus. Ridicula proinde est querela, quod textum mutilârim. Urit etiam hominem, quod dicam orâsse Christum pro om-nibus, quâ de re adi Paragraphum 24tum hujus apologiae.

51. ALEXANDER VIII. Fulmine per-culit propositionem sequentem: *Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus genevis nullum omnino accipiunt à Christo influxum. Jan-1. 3. c. 11. senius: Infideles carent gratiâ sufficiente ad salutem tam proximâ, quam remotâ, & om-nibus principiis ejus. Inter damnatas Ques-nellianas sunt: Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem. Extra Ecclesiam nulla conceditur gra-tia. Interea tamen noster incognitus sive respuit, & ridet illam gratiæ generalis spe-ciem, quam Dominus largitur omnibus, affirmat, quod hæc verba: Illuminat om-nem hominem venientem in hunc mundum ac-pici debeat de illis, quos illuminare vult; & non de illis, quos justo iudicio suo Deus ex-ecare decrevit. Contempto deinde omni pontificio fulmine palam atque aperte fa-retur, non admittere se, in omnibus reperi-ri gratiam necessariam ut Deum cognoscere, ac colere valeant (nisi nomine potestatis meram intelligat capacitatem) id enim sine dono fidei, cuius non omnes participes sunt, esse nequit. Non meminit effati illius Paulini: Invisi-bilia ipsius per ea, quæ facta sunt, intellecta conspicuntur. Non meminit Augustiniano-rum: *Præsens est & illis, irrigat bonos & malos, adest omnibus, nec reperiri animam adè sceleratam, in cuius conscientia non lo-quatur Deus ubi gratiam nominat, quæ Chri-stianus est propria, non Christianis gentilibus-que communis, intelligit vir sanctus justifi-cantem, quæ gratos nos Deo reddit.**

52. JANSENII itâ docuit: *Post lapsum Adæ (a) nullum datur adjutorium verè suffi-ciens, quin simul efficax sit. Dicit itidem: Gratia sufficiens videtur monstrum quoddam. Noster nihilo inferior esse voluit; appellat illam commentum meum; atque me aërem se-rire. Num, verba ipsius sunt: Num gratiæ sufficiens dogma ad fidem pertinere decreve-rint Romani Pontifices, Concilia aut Patres bucusque fateor, mibi incompetum est. Eo-dem loco: Aërem verberat eques historicus, dum*

De serm.
Dom. 1.2.
n. 32.

143.

250.254

102.

dum plures Quesnelli propositiones ea de causa confixas afferit, quod gratiam sufficientem rejecerit. Addit, quod omnes pariter Scholastici sive i^s sint Thomistae, sive Augustiniani, sive Molinistae multas illarum dicant esse censurā affectas, quod gratiam eliminant sufficientem. Quam rem Quesnello ait esse honoris; ipsique per nostrorum hominum imprudentiam subministrari arma, quibus se defendat. Docuerat paulò ante eos, qui gratiam fidei, & perseverantiae finalis adepti non sunt, verè dici non posse, sufficiente gratia ad salutem consequendam instructos fuisse. Promit hī illud: *Communis est natura; non gratia.* Quae tamen verba quam longè alio in sensu accipi debeant, non uno in loco vidimus.

53. Non laborabo hīc de indagandis operose dictis erroneis, & parum plausibilis, quae præter ea, que attulimus, toto opere dispersa sunt. Aliqua duntaxat, quæ memoriarū adhuc altius insident, obiter perstringam. Paragrapho 118 ita scribit:

p. 127. *Prædestination gratuita à meritis præcisa eo sensu, quo circa fidem definita est, non potest ad gloriam transferri, nisi ab hereticis illis &c.* Nimis multis fanè hereticis abundarent Scholæ Catholicæ, si in eorum referre censum volumus eos, qui tuerunt prædestinationem ad Cœlum gratuitam. Articulo 23^o pias offendit aures, & contradicit contextui afferendo simpliciter Catholicos perinde, ac Pelagianos consensisse, amorem Dei ex libero arbitrio oriri. Nec bellè cadit in 3^o, quod motus bonos, affectionesque creaturarum Spiritualium se solo producat Deus; quia ex piis animæ motibus & in ipsam pars aliqua redundat. Neque jucundum est audire, quod finalis perseverantiae donum aliquando minus bonis concedatur, magis perfectis nonnunquam denegetur. Oporteret potius dicere, iis qui magis vel minus perfecti videntur; quia oculi nostri non possunt certum ferre judicium. Hanc in rem allegat illud: *O altitudo!* Verum S. Augustinus docet, prolatum hoc fuisse ab Apostolo, quando agebat de Judeis, & gentibus; & quia Deus conclusit omnes in infidelitate, ut omnium misereatur. Omitti poterat in 21^o, quod Patres primi parentis peccato penitus obliteratam dicant Divinam imaginem. Docet S. Aug. non penitus fuisse obliteratam; sed manisse tam de-

p. 17. *Retr. 1. 2. formem ut reformatio opus haberet.* Omnes ferme accusations suas adversum me in eo fundat, quod millies falsò afferat, profiteri me, gratiam esse entitatem creatam. At quando ipse scribit: *Qui actionem Dei cum eiusdem actionis termino confundit, Deum, & creaturam hanc internoscit, nonne supponit gratiam esse quid creatum?*

54. *Postquam autem jam vidimus mag-*

num nostrum Apollinem omnem responde methodum Scholasticam, & contendere, quod alià prorsus incedendum sit viā, claudenda hæc disquisitio ante non est, quām obseruemus, in quo demum confitat hæc novitas, quidque de suo, ac peculiare sibi hoc habeat systema. Rem invenimus miserabilem, atque ad frigidum Sōphisma reductam. De gratiā itaque præmitit, aliud esse: *Operatio, quā Deus bonum illud nobis præstat; aliud: bonum ipsum in nobis Divinā operatione productum.*

p. 6.

Contenditque, malè hactenus inter se confusam fuisse voluntatem, & actum Dei; & terminum, sive effectum ab eadem actione productum. Actionem Dei, quam advertit propriæ magis per gratiam intelligi, & per quam in nobis charitatem Deus producit, invincibilem appellat, quia productum in me Dei amore, quæ mea erit indifferentia ad amandum, & non amandum? Monet, ad p. 21. actionem Dei statim, & ex necessitate sequi effectum; atque ideo ait: *Concludamus oportet, non posse voluntatem impedire, quominus dum Deus voluntati suam amorem inspirare vult, sibi eundem inspireret.* Ut autem ostendat se in tuto simul collocare liberratam arbitrii, adducit, quod possit illud expugnare, ac delere inspiratum amorem, excitato in se perverso amore opposito; sed impedire tamen minimè possit; quominus Deus eum inspireret. Atque ubi totam suam in pugnum quasi cogit doctrinam. *Reclē quidem, inquit, dicitur, voluntatem nostram posse semper interiore gratiæ, id est Dei amori nobis inspirato resistere; sed actioni, seu voluntati, quā Deus amorem ipsum inspirat, voluntatem resistere posse, impium est cogitare.* Prætendit, omnem à se dissolvi difficultatem dicendo: *Operationi Divinæ resistere hominem non posse; posse tamen voluntatem resistere effectui, seu termino ad inspiratione productu.* Opinibus Jansenianis satis se restitutum credit, si dicat: *Omnipotens est gratia sumpta pro actu Dei, at non sumpta pro delectatione indeliberata, quæ sit effectus actionis Dei.*

p. 35.

55. *VERUM* hoc est tenebricosum, plenumque erroribus latibulum! Omnia eō spectant, ut gratiam statuat esse invincibilem, vereque nuncupatam fuisse voluntatem omnipotentem. Sed initium dicit à Suppositione eorum, quæ in controversia sunt, aut, ut rectius loquar, quæ certissimè falsa esse ostendi; hoc est, quod graria in primo ejus sensu accepta sit voluntas, sit actio, sit operatio. An cūm Deus præbet interius auxilium, animumque influxu Divino corroborat, dicemus donare se illi suam voluntatem, suam omnipotentiam? Non adverbit, se hoc denuo evertere, quando vendit doctrinam aliam perinde falsam. Scilicet, gratiam hanc interiorem esse fidem ipsam,

p. 39.

p. 24.

E amorem Dei. At ubi demum Augustinus, vel alius quispiam SS. Patrum, aut quæ unquam Schola Catholica gratiam appellavit ipsam operationem, aut omnipotentem Dei voluntatem? Extant apud S. Thomam omnes modi, & sensus, in quibus accepta fuerat, aut accipi etiam possit gratia; at de hac re nè mutit quidem. Consule i. m. 2dæ, quæst. 110; & duas subsecuentes. Et quæ demum fronde homo privatus sibi arrogat, ut in materia aded religiosa, & delicate novas definitiones, novos cogitandi modos procurat? Quid amabo causæ est, quod confundi debeat id, quod Deus dat, cum operatione, quam dando elicit?

56. *Dicit* deinde, quæ Deus facit, impediri non posse, quominus fiat, cumque vult inspirari amorem, obſiſti non posse, quod minus inspirat; atque ubi in me productus est, meliberum non fore ad efficiendum, quod minus producatur. Seriōe loquitur hic Eximius, an cum puerisibirem esse existimat? Non solum de operationibus æterni Dei; sed de iis etiam, cuiuscunque demum fuerint, verè semper affirmatur, quod factæ sint, quando sunt factæ; nec datur potestas factum facienti infectum.

P. 54. *Pulcrum* h̄c audite Documentum! *Ex hypothesi*, quod Deus voluntatem moveat, necessariò consequitur voluntatem movere. Præcipeſſe animo mihi videor ratiocinum aded

insulsum, cùm scripsi in meā historiā: *Quando col Divino ajuto l'uomo opera, o vuole il bene, non rimane mai senza effetto per certo, mentre si suppone ajuſtare, e produr l'effetto attualmente e non può star infieme fare, e nou fare.* Verū quis unquam mortalium audiit, colligendam inde esse omnipotentiam? inde, inquam, quod homo, cùm excitatur, impedire non possit, quominus excitetur; eānque ob causam dici debere: *Neque enim omnipotens foret Deus, si creatura ejus voluntati vim inferre, aut obſtare posset?* Quis unquam audiit, quando de viribus gratiæ disputatur, in contentionem venire, realiſae, an imaginaria sit actio, quā mediante eam Deus largitur? item an impedire homo possit operationem, quam Deus vult producere? Omnipotentia Divina consistit in certitudine effectus, qui operationes Divinas consequitur; minime verò in eo, quod impediri non possit, quominus aut faciat, aut non faciat Deus; aut in eo, quod fieri nequeat, ut factum non fuerit id, quod factum est. Statuit porro voluntatem abolere posse, & cassam reddere gratiam inspiratam; repetitque, effectum tamen, seu terminum proximum Divine hujus operationis, id est amorem inspiratum delere, & extinguere voluntas potest. Erdenuo: Non posse impedire hominem, quominus, dum amorem suum inspirat, eundem non inspiret; sed dunta-

xat posse inspiratum amorem impugnare, ac extinguere. At effectus voluntate antecedente hinc à Deo volitus erat bona hominis operatio. Hic autem si ſepe non obtemperat, quā dici potest, ſuā Deum uti omnipotentiā? item, omnipotentem eſſe gratiam, quam illum in finem impertit? Salvati prætendit libertatem, licet gratia fit voluntas omnipotens, quia data licet fuerit, rejici potest, & repellit. Verū quā amabo fieri id poterit, cùm doceat necessitatē nasci ex necessariā actionis cum proprio, & proximo termino, ſeu effectu connexione? Actio conſtitit in ejus conſeſſione; effectum autem, ſeu terminum Divinæ operationis ſtatuit eſſe ipsum bonum in nobis productum. Jam verò, quā poterit homo effectum hunc abſicere, ſi necessariam habeat cum omnipotente Dei actione connexiōnem? Me rido profecto, quod credam in voluntatis potestate eſſe, eā gratia uti, aut illam rejicere. At ſi ita eſt, quo pacto aſſerit, quod amorem inspiratum delere & extinguere voluntas posſit?

57. Ex hīſc ratiociniis fluit, quod perfidus quilibet, qui gratiam animo obſfirmato repulit, eam antea receperit, blandè admisit, ſenſeritque illā animum ſuum mulceri, atque inundari; licet libero poſtea uſus fuerit arbitrio ad eam extinguendam, delendam, reddendāmque inutilem. Omnis itaque perfidus prius fuit Sanctus, minimū puncto temporis. Verū non ita loquuntur Magiſtri doctriñæ Catholice, quippe qui docent, reſiſtere malos, reprobare, rejicere, repellere Divinam gratiam. S. Augustinus in Pſ. 109 nos docet, conſecuturum omnia hominem, ſi non repellat reſiſtendo quārentem ſe. Alibi: *de Judæis* hoc dicit, qui de ſe p̄ſuſtē gratiam repellebant, & in Chriſtum propterea non credebant. In epift. 157. *Ad hoc ſe intelligant habere liberum arbitrium*, nos ut ſuperbā voluntate reſpuant adiutorium. Item in S. Scripturā: *Vocavi, & renuifis. Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis.* Sed quāniam repelliſtis &c. Plura alia hujusmodi viſideri poſſunt in historiā. Conferre gratiam, eamque recipere eſt operatio Dei, & arbitrii, quam arbitrium non facit ſinē merito. S. Thomas: *In eo, qui habet uſum liberi arbitrii, non fit motio Dei ad iuſtitiam absque motu liberi arbitrii.* In bonā operatione hominis gratia & arbitrium conſtituant unum ſolum quodammodo principium, operante ſimul, & recipiente à gratiā virtutem arbitrio. *Non partim gratia, partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula opere individuo peragunt.*

58. A d probandam infallibilitatem effectus adfert Doctorem Angelicum, ubi ait, veram causam eſſe illam, ad quam ſequitur effectus; id quod veriſimum eſt. Sed quando agitur de effectu alicujus cauſa, non ^{P. 33. a. 3.} intel- ^{Qu. dilp. de} ^{cauſ. pcc.}

intelligitur hoc nomine ea actio, quae in ipsa operatione ab illa profluit; sed id, quod ipsam actionem subsequitur. Quo sit, ut per effectum concessionis gratiae nemo dicat, intelligi debere ipsam concessionem; id quod putidum, & puerile sophisma est. Recte autem intelligitur obtainere, vel non obtinere finem, in quem gratia conceditur. Repetit, causam esse illam, *ad quam ex necessitate sequitur effectus*; hoc est, necessariò moveri voluntatem, quando eam movet Deus. Sed Deus eam non movet ad bonum, quin & ipsa consentiat, eoque concurrat. Adfert iterum, quod ex mente D. Thomae *ad actionem Dei statim, & ex necessitate sequatur effectus*; quae verba non extant apud D. Thomam; quanquam extare apud ipsum possent. Verum hæc necessitas accipi perinde non potest, quasi necessariò operetur gratia, atque ab illa solà necessariò profluat effectus: Quandoquidem S. Doctor illo ipso in loco pronunciat, *quod motus voluntatis directè procedat à voluntate, & à Deo*; neque aliud toto hoc articulo insinuat, quām quod præter Deum nec malus genius, nec alia causa interiùs operari in anima possint, soliusque peccati vera causa sit voluntas.

59. SUFFRAGARI putat hic scriptor opinioni sua aliqua Concilii Tridentini verba, quæ spectato autographo, & contextu 6. c. 5. tu ita sonant: *Declarat præterea ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum JESUM præveniente gratiâ sumendum esse*, hoc est ab ejus vocatione, quā nullis eorum existentibus meritis, vocantur; ut quā per peccata à Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponantur: ita, ut tangente Deo cor hominis per Spiritu Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe quā illam & abjicere potest; neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo, liberâ suâ voluntate possit: unde in sacris literis, cùm dicitur: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos libertatis nostræ admonemur*. Cùm respondemus: *Converte nos Domine ad te, & convertemur, Dei nos gratia præveniri confitemur*. Canon quartus loquitur in hunc modum: *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac præparat; neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, merèque passivè se habere, anathema sit*. Disputatur hoc canone, & capite omnis cavaratio; promicatque hic gratia præveniens, quam non fert adverarius, quæ est

excitans, & adjuvans; promicat h̄c liber hominis assensus, vel dissensus, & recipiendi, respuendique facultas; promicat, debere cum Divino auxilio liberè etiam operari hominem, ut Spiritu Sancti collusatio, atque excitatio effectum sortiatur. Propugnari itaque nequaquam potest, quod gratia appellari debeat omnipotens Dei voluntas. Adducit adversarius, noluisse Patres Concilii per hoc significare, *quod tangente Deo cor non tangatur*; quæ nūgæ nemini profectò venire in mentem poterant. At neque per hoc significare voluerunt, omnipotentiam operari cum gratiâ: hoc enim ut afferatur considerare oportet effectum, non ipsum concedendi actum; puta, an effectus sit perpetuus, & insuperabilis; non autem, an possit impediri, quominus fiat, quod reapse fit; seu, quod idem est, an fieri simul res possit, & non possit. Adversarius non fideliter conjungit: *Recipiens abjicere potest; verba Concilii sunt: Quippe quā illam & abjicere potest*; hoc est, qui eam recipit, agit certè, quia quam modo recipit, respicere posset & abjicere.

60. OMITTERE nolo hoc loco, cùm monstrosa hac dogmata nova appellat anonymous, non debere quenquam sibi persuadere, ipsius hunc partum esse. Compilavit enim hæc ex Lescio Crondermo, ex quo & alia plura mutuatus est. Portenti simile est, quod qui recentiores tam gravi despiciat supercilium, ex uno hoc libro, sub nomine ficto anno 1705 typis furtivis excuso, multa se deprompisse jaicit, neque ab illius principiis se aut discessisse, aut unquam discessurum; discessit nihilominus ab illo sepe. Scriptus enim Author ille: *Dogma illud, duo tantum amoris genera reperiri, quæ sint omnium aliorum effectuum, & actionum principia; & pravam cupiditatem, tam recte ratione quām fidei contrarium est*. Scriptus: an Caritati à Deo inspirata resisti à voluntate possit, vel non possit, alia quæstio est, de quā inter Catholicos, & Pelagianos non agebatur. Scriptus: à Patribus nusquam statutum, aut traditum legitur, talem modū inspirandam esse dilectionem Dei, quam liberum arbitrium impugnare, eique resistere non possit. Et à Pelagianis D. Augustinus hoc unum exigebat, ut fideliter, & sincere faterentur, *Caritatem ipsam à Deo nobis inspirari*. Sic in Appendix istius libri legitur: *Dominus noster nos docet, quod Deus tribuit eis in nobis gratias interiores infidelibus; atque ex eorum duntaxat malitia accidere, quod impediatur illarum effectus*. A quarum tamen sententiarum Catholicarum veritate longè abest, multumque alienus noster est anonymous; ut & alienus est à libri illius humanitate, & moderatione. Cæterū in rem ante à nobis disputatam re ipsa his verbis scriptis Cron-

T c

p. 158. dermus: *Attendendum est, quid nomine gratiae significetur; an scilicet operatio Dei, an terminus, an effectus ejus. Ut, quum Deus sui amorem voluntati inspirat, si sumatur gratia pro ipsa inspiratione, ut est operatio se tenens ex parte Dei moventis, gratia ita sumptae non quam resistitur, aut resisti potest in quovis statu naturae vel innocentis, vel lapsae. Deo enim movente voluntatem, neceſſe est eam moveari, & aliquid in ea fieri. Ita Deo propriè & per se inspirante Divinum amorem voluntati, talis amor non potest non adesse eidem voluntati: ideo ejusmodi inspiratio respectu dilectionis inspirata est adjutorium quo. Si vero gratia accipiatur pro effectu Divine illius operationis, hoc est pro ipso amore inspirato, ei resisti potest, & resistitur in utroque natura statu. Nam amor etiam inspiratus, atque perfectus non eripit voluntati mutabilitatem ejus, nec peccandi, gratiaque resistendi potentiam: ut Divoyfus clarè demonstrat. En tibi fontem Anonymi! en unde suas ille implevit lacunas! Multò tamen minus odiosa erat speculatio ista in obvolo illo Cordermo, quod ea tempestate nondum prodierat Bulla: *Unigenitus*; ac proinde non impugnabatur, ut ira loquar, propositionum notarum confusio. Haufit ille hæc sensa ex Diroyfio, scriptore Gallo. Anonymus noster id quod invenerat, dispergere magis conatus fuit, annis 1715, & 1717 libellis duobus clanculūm impressis, quorum unus *Exetas*, alter *dissertatio de gratia*, sive *elucidatio Augustiniana* inscribebatur; qui tamen non curabantur, propterea quod paucissimis in lucem vulgatis exemplaribus in paucissimorum quoque manus venerint. Easdem etiam modò artes adhibet in præsentibus antimadversionibus, quippe quæ cum paucissimis fuere communicatae.*

61. DEMUM vides obsecro, lector! quam vanum, & imbellè evadat id genus sophismata ad propositiones proscriptas, ceu bona & bella forent, vindicandas. *Gratia est operatio manū omnipotentis Dei*, quam nihil impedit potest, aut retardare. *Gratia non est aliud, quam voluntas omnipotentis Dei jubentis, & facientis, quod jubet*. Non gratianum operæ in tuendis illis insumitur. Sunt enim aliarum multarum matres, & Janseniani Systematis magnâ ex parte radices. Referuntur manifestè ad principium, quod tenuit Jansenius, sanctoq[ue] Augustino perperam ille attribuit. *Augustinus gratiam Dei ita victricem statuit, ut non rarò dicat hominem operanti Deo per gratiam non posse resistere*. Augustinus è contrario in omnibus, inquit, *misericordia ejus prævenit nos; consente autem vocationi, vel dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est*.

62. CONCILIUM solenne Embroduni in Delphinatu celebratum docet, Constitutio nem Unigenitus, cui suffragata est universale Ecclesia, esse dogmaticum, definitum, & irrefractabile judicium; atque in illa non Patrum sententias, non Catholicarum scholærum opiniones, ut calumniantur novatores, sed in primis Bajii & Jansenii erroris jamdudum damnatos iteum damnari. Nuperima Romana Synodus agnoscit illam tanquam fideli regulam. *Fidei regulam agnoscimus*; præcepitque Episcopis, ut omni diligentia invigilent libris falsas doctrinas in illa damnatas propugnantibus. Cui igitur bono, velle porro tricari, recusisque sophismatibus novos se se extricandi modos invenire, ut quæ certa modò sunt, efficiantur ambigua; quæque luce sunt clariora, novâ denuo obsepiantur caligine? Operatio Divina appellari poterit gratia ob affinitatem, quæ ipsam inter, atque eam concedendi actum intercedit; & quia ipsa etiam concessio gratuita est. Nequaquam tamen inde confici potest, adeo insuperabilem, atque irrefractabilem fore gratiam, quam certus est eam offerendi, concedendique actus, Deo illam offerente. *Inspiratio dilectionis*: *Inspiratio, Dei actio est; dilectio donum est, quod homo admittit, vel repudiat, retinet, vel abjicit*. Irrefractibilitas caderet supra effectum, non supra actionem. Malè sit astutis illorum, qui Quesnellianis insistentes vestigiis speculantur, & communisuntur phrasēs, quæ in fraudem inducere possint incautos; eò quod secundum se spectaræ, atque à tota sententiarum complexione avulsa in bonam accipi partem possint. Idem prorsus in causâ Pelagianâ evénit. Adeatur hâc de re Augustinus, cui quandoque ipsi tantum non fuit impositum. *Quis crederet sub hac quasi manifestâ confessione sensum latere contrarium?* Et alibi: *Tam sunt ambigua, ut possint eorum dogmati præbere latibula*. Quæ de gr. Ch. 1. 1. c. 35. 1. 2. c. 21. res facit, ut Ecclesia rebus ita constitutis anathemate suo feriat etiam dicta illa, quæ vel ancipitem vel pravum efficeri sensum possunt. Pejus hoc in genere nihil est, quam nolle acquiescere iis, quæ jam stabilita sunt; nolleque in dogmate securō, atque conspicuo pedem figere. Qui secare, qui permisere atque altius rimari omnia cupiunt, à vestigiis majorum sepe deviant; efficiturque nimia argutanti prurigine, ut multis saepe in veris falsa enascantur. Neque raro evénit ut studia tam alta, tam longi suores, tam ferrei labores in perpetuum à multis animæ exitium exantlati fuerint, quos nonnisi in procurandam ejusdem salutem recte collocatos oportuissent.

FINIS.